ritualem. vnde dicit albertus in qua arte didicerunt q̄ pena diuisibilis erit in infinitum. Hoc enim falsum est: quia & corpus naturale nō est diuisibile in infinitum. ergo multominus dispositio corporis vel anime. licet de mathematico tātū p̄o batum sit q̄ est diuisibile in infinitū. Secundo quia non est aliqua ratio quare secundum suffragium minus minuat de pena: quam primum cum sit equalis valoris. Preterea sicut arguit Albertus magnus. Duobus existentibus equalibus in virtute actiua patiente autem existente fortiori & debiliori ad patiendum & resistendum agenti magis agit impatiens id quod vemt fortius. Sed duo equalia suffragia sunt agentia. & damnatus p̄mo magis resistere potest: q̄ secundo. ergo secundum plus tollit de pena: quam primum. & ita nulla est fictio illa. ¶ Adhuc queratur ab illis quare secundum cū sit equale primo: vnus tollit q̄ primum. Et clarum est q̄ nō poterunt assignare causam. Ergo cum dictum irrationabile sit: est abiciendum. ¶ Tertio sic: quia in diuisione lune tandem p̄onenitur ad hoc, q̄ nō sit sensibile. Corpus enim sensibile nō est diuisibile in infinitum. & sic licet secundum diminuat similem penam in proportione: & non equalem: tamen tot fieri possunt, quod pena insensibilis efficeretur. & ita incideret in incōueniens quod vitare volūt: vt arguit dominus Albertus. ¶ Quarto: quia pena diminui non potest: nisi diminuatur culpa: sicut nec aufferri: nisi ea ablata. vnde super illud ecclesiastici. xl. A p̄sidente &c. Dicit gl. in inferno nulla est mitigatio. Et ideo alij inuenerunt alium modum. Altisiodorēsis dicit quod suffragia prosunt defunctis nō quidez per diminutionē vel interruptionem. sed per cōfortationem patientis. sicut si homo portaret graue onus facies sua perfunderetur aqua frigida. Sic enim confortaretur ad melius portādum: cum tamē onus sunm in nullo leuius fieret. Sed hoc iterum esse nō potest: quia vt arguit Albertus magnus & cōcordat sanctus Thomas. nulla est hominis & anime passibilitas ab eterno igne. nisi quam facit culpa: ergo manente eodem modo passibilitate que est a culpa: & vno modo agente igne: vna erit passio semper. Constat autem q̄ culpa in omnibus damnatis manet vno modo semper immobilis. Ergo si est diuersitas hoc erit ex parte ignis agentis. sed hoc est falsum: q; dicit Gregorius, q̄ vno modo agit: sicut sol vno modo agit in eos: qui ex diuersis causis infirmantur si sol exponantur: & tamen illi non vno modo patiuntur. Preterea vt arguit Albertus, anima non suscipit confortationez nisi per gratiam gratum facientem: aut gratis datam. Sed anima damnata non est in statu suscipiendi gratiam. ergo nulla est huiusmodi confortatio. ¶ Item similitudo corporalis non habet locum in spiritualibus: quia spiritus non habet passibilitatem nisi ex culpa ergo nulla fiet in eo confortatio. nisi per culpe alleuiationem. Hanc autem impossibile est alleuiari. ergo nullam damnati possunt recipere cōsolationez: aut cōfortationem. ergo cōstat hāc optimonem falsam esse vel potius erroneā. Et vt dicit sanctus Thomas est p̄sumptuosa: vtpote sanctorum dictis contraria: & vana: quia nulla auctoritate fulcita. Et nihilominus irrationabilis. Cum quia damnati in inferno sunt extra vinculum charitatis secūdum quā opera viuorum cōtinuantur defunctis. Cum quia totaliter ad vie terminum peruenerūt recipientes vltimam p̄o meritis retributionem. sicut etiaz sancti qui sunt in patria. Quod enim adhuc restat de pena vel gloria corporis hoc eis rationem viatoris non prebet cum gloria essentialiter & radicaliter cōsistat in anima: & similiter miseria damnatoruz. Et ideo nō pōt eorum pena diminui: sicut nec gloria sanctorum augeri: quātum ad p̄emium essentiale. ¶ Item est alius modus dicendi. videlicet quod nō prosunt quantumad diminutionem pene: vel interruptionem: vel quantum ad diminutionem pene sensus. Sed quia ex huiusmodi suffragijs eis aliqua materia doloris subtrahitur: que eis esse posset ita se abiectos a viuis cōspicerent q̄ p̄o eis nullam curam haberēt: que materia doloris eis subtrahitur dum suffragia p̄o eis fiunt. Sed istud etiam nō potest stare secūdū legem communem: quia vt Augustinus dicit in libro de cura p̄o mortuis habēda. quod precipue de damnatis verum est: ibi sunt spiritus defunctorum vbi nō videt quecunq; agunctur aut enumer: in ista vita hominibus. Et ita nō cognoscūt quādo p̄o eis suffragia fiunt: nisi supra legem communem hoc remedium diuinitus aliquibus damnatorum detur, quod nullo modo videtur credēdum. q; sicut beatis nihil est negandum, quod cedat ad cumulum gaudij: & glorie. Ita damnatis nihil est cōcedendum: quod faciat ad mitigationem doloris vel pene. secūdum Gregorium. Sed videre suffragia p̄o se fieri damnatis cederet ad mitigationem doloris: vt dicit ista opinio. ergo ex ipso nō vt dicendum quod videant. ¶ Secundo: quia

Augustin⁹.

Gregorius.

Augustin⁹. de ancho.

Cōtra predictam opi.

Bonauen.

Bonauen.

Cōtra predictam opi.

a ¶ Suffragia. adde q̄ suffragia nō prosunt qñ petitio est in ista. pe. de ancha. in. c. j. nu. 3. ne sede vacan.

in damnatis nō est ponēdum aliquid quod specialiter diuinam reuelationem requirat. Huiusmodi autem est quod dānati videāt que fiunt in mundo. ergo &c. Maior patet: quia specialis reuelatio specialem gratiam exigit & beneficium: minor patet ex illo Augu. supra posito. & ex illo Gregorij super iob, dicētis. Sicut qui adhuc viui sunt mortuorum animē quo loco habeantur ignorāt. Ita mortui qui carnaliter vixerunt vitam in carne positam qualiter postea disponātur ignorant. Item alij vt tangit Augustinus de anchona in libro suo de ecclesiastica potestate dicūt suffragia prodesse dānatis aliquibus quo ad mitigationez pene sensibilis. Et hoc tribus modis. primo per sociorum subtractionem: quia multi saluantur per suffragia ecclesie: qui fuerunt eorum exemplo & doctrina corrupti qui si non saluarentur eorum pena augeretur. Et nō cōfirmāt hāc suam opinionem ex illo Augustini dicentis: q̄ pena arrij nondum determinata est: quia nōdum determinati sunt illi: qui eorum prava doctrina & exemplo malo corrupti fuerant. Iste modus dicēdi nō valet propter multa. primo: quia licet per saluationem talium damna torum pena nō aggrauaretur siue augeretur: nō propter hoc dicitur diminui pena quam iam habent. Cum secūdo qz vt dicit dns Bonauētura aliud est de augmētatione & remissio ne: quia remissio nō potest fieri vbi nō est charitatis fundamentum. Et ideo arrius: quia nō habuit nec habet charitatis radices: sed est in malitia obstinatus: potest eius & similiū pena augeri nō autem diminui. ¶ Tertio: quia eadem ratio ne dicerētur suffragia ecclesie prodesse diabolis. quoniam ex multitudine damnatorum aggrauatur etiam eorum pena, quod tamē est cōtra opinionem omnium. ¶ Quarto. quia licet ozando pro viatoribus ex consequenti orari videmur p̄o damnatis. quia expedit eis q̄ pauci damnentur quia ex multitudine adueniētium pena eorum aggrauatur: nullo tamē modo est orādum quod hoc bonum ipsi cōsequentur: vñ si quis oraret q̄ quis viator haberet gratias: vt scilicet alius scilicet damnatus aliquis grauius puniretur pernersa esset ipsius oratio: vtpote ad indebitum finem ordinata. Iste modus dicēdi satis patet: nullius est valoris. quia licet per saluationem talium impediatur ne damnatorū pena augeatur: non tamē propter hoc diminuitur pena quam iam actu habēt. Preterea vt dicit dominus Bonauentura nō est simile de remissione & augmētatione quia remissio debet fundari super fundamētum charitatis. Et quoniam arrius habet malam volūtatem. Est enim obstinatus in malitia: ideo potest augeri eius pena. nō autē remitti. Pari autem modo cōfutatur modus dicēdi qō auferetur eis timor maioris dāni: cū multi per suffragia ecclesie saluātur. Tamē qz hoc nō remittit penam sensibilem, quam habēt. Secūdo: quia nō cognoscunt p̄o quibus hec fiant suffragia sicut supra dictum est. ¶ Tum tertio quia pariter dicēduz esset qō. prodessent diabolis: quoniam etiam damnatio crescere dicitur ex multiplicatione damnatorum: sicut dictum est. ¶ Secūdus modus: quo suffragia dicūt posse prodesse damnatis est per cōfortationem: & fortificationē: fortificātur enim vt dicūt per predicta suffragia dānati vt tolerabilius possent penam ignis seu aliam penam sensus sustinere. ¶ Sed ista opinio videtur fantastica: quoniam vt supra fuit argutum iam talis cōfortatio ibi nō est possibilis: quia si fortificantur aut fortitudine gratie: aut nature nō gratie: vt cōstat. Nō nature: vt etiam patet: quia talis fortitudo non est a natura. ergo ille modus dicēdi nō habet fundamētum rationis quia nec virtus gratie noua additur: nec virtus gratie melioratur: nec dispositio cōtraria tollitur. Confirmant autem opinionem ex illo Augu. quod ponitur in p̄senti. c. q̄ mediocriter malis quos dicit esse dānatos: qui fuerūt fideles christi & multa bona fecerunt existētes in gratia talibus prosunt suffragia: vt plena sit eorum remissio quantum ad eos qui sunt in purgatorio aut tolerabiliorem damnatio quantum ad eos qui sunt in inferno. a ¶ Secundo confirmāt sic. Suffragia illis prosunt qui meruerunt hic vt eis prodesse possent. Sed multi dum vixerūt fuerunt in gratia cum qua meruerunt: vt sibi prodessent bona que fierent p̄o eis post mortem: ergo si p̄o talibus fiant suffragia: post mortē prosunt ipsis & sic nō p̄opter charitatem cum qua decesserūt. Tum propter charitatē quā prius habuerunt. iste modus dicendi est aliquorum iuristarum: & ponitur in glo. p̄sentis. c. vbi dicit Hug. & glo. post eum, q̄ Augusti. distinguit hic quatuor genera hominum mortuorum. s. valde bonos: valde malos: mediocriter bonos: & mediocriter malos. Et subdit q̄ p̄o valde bonis non est orādū quia iniuriam facit martyri: qui orat p̄o eo: nec p̄ valde malis. sed mediocriter bonis possunt suffragia p̄desse vt citius liberentur ab igne purgatorij. Et mediocriter malis prosunt

vt mitius puniantur nunꝯ tamen liberentur. sed iste modus dicendi licet in parte sit supra patenter ostensus irrationabilis, ostenditur tamen specialius ostendendo eozum fundamẽta que falsa esse inducunt. Primum enim qꝺ dicunt Au. posuisse quatuor genera hominum defunctorum: ita ꝙ intellexit alios esse mediocriter malos: ⁊ mediocriter bonos. hoc enim falsum est. qz licet illa distinctio Au. sit in voce quadri membris quo ad rem tamen non est. sed trimembris: quoniã mediocriter boni ⁊ mediocriter mali idẽ sunt. Scilli qui decedũt in gratia cum peccato veniali vel cum debito pene pro peccatis mortalibꝫ de quibus añ morte penituerũt. ⁊ qꝺ ita sit probatur iuxta Durandum in. iiij. sic. mediocriter bonus vel omnino non est malus vel est valde malus vel est mediocriter malus. nõ potest dici ꝙ omnino sit malus: ita ꝙ nihil malitie habeat: nec secundum actum nec secundum reatum: qz talis qñ decedit statim evolat. qz non habet culpam secũdum actum nec reatum pene debite. Qui autem statim evolat ad celum est valde bonus ⁊ non mediocriter bonus: nec põt dici ꝙ sit valde malus. qz valde malis ꝑm istos nõ prosunt suffragia prosunt añt mediocriter bonis. ⁊ ideo mediocriter boni nõ sunt omnino mali nec oĩnõ nõ mali vt probatum est. ergo sunt mediocriter mali similiter potest argui, ꝙ mediocriter mali sint mediocriter boni: qz mediocriter malꝰ aut omnino nihil habet de bonitate: aut est valde bonꝰ: aut mediocriter bonus. nõ potest dici ꝙ nihil habeat de bonitate. qz tũc esset valde malus. nec potest dici ꝙ sit valde bonus. qz tũc nõ indigeret suffragijs. ergo relinquitur ꝙ mediocriter mali sunt mediocriter boni ⁊ e cõuerso. vnde beatus Au. vtrisꝫ. idem attribuit. s. ꝙ possunt iuuari suffragijs mortuorum. vnde vt dicit san. Tho. idem sunt qui dicuntur mediocriter boni: ⁊ mediocriter mali. Mediocriter boni dicunt inquãtum deficiũt a perfectione bonitatis. qz. s. nõ sunt sine venialibus: nec plene satisfecerũt in vita. sed etiam mediocriter mali inquantum deficiũt a perfecta malitia que est peccatũ mortale. qz nõ habẽt mortalia. His autez quãdoꝙ suffragia prosunt ad mitigationem pene: quãdoꝙ autem ad plenam absolutionem secũdum differẽtiam quantitatis cremabiliũ: ⁊ suffragiorum. ⁊ ita fundamentum illud iuristarum de distinctione reali illoꝝ membrorum. s. mediocriter bonorum: ⁊ mediocriter malorum est falsum. ¶ Preterea falsum dicũt: cum dicunt per valde malos intelligere qui fidem nõ habuerunt. Cõstat enim per puulos decedentes in solo originali fidem nõ habuisse: quos tamẽ absurdum est dicere esse valde malos, quod eozum pena ostendit que mitissima est penarũ. vt dicit Augu. Si vero dicũt, ꝙ intelligunt de adultis. cum ergo paruuli predicti nõ sint ꝑm eos valde mali. ergo eis prooderunt suffragia: cum nõ valde malis prosint. sed hoc iterum est falsum: ergo fundamentum eozum omnino est friuolum.

Durandus.

Augustĩ.

Sanc. tho.

Quod vero cõsequẽter dicunt ꝙ meruerunt existentes hic in gratia, ꝙ prodessent eis suffragia que fierent pro eis. ¶ Respondetur ꝙ cũ decesserint in peccato mortali meritum preteritum eozum si quod habuerunt mortificatum est. ꝑm illud Eze. xviij. si iustus auerterit se a iustitia omnium que operatus est nõ recordabor amplius. vnde hoc fundamẽtum eozũ est falsum quoniam per ingratitudinem meretur homo accepta beneficia amittere. ⁊ ideo quãtuncũqꝫ paruum peccatuꝫ mortale pro quo homo deo ingratus de acceptis beneficijs fit omnia bona precedẽtia perdit quãtacunqꝫ fuerint ad fructum vite eterne: vt dicit san. Tho. ¶ Tertius autez modus quo dicũt suffragia damnatis posse prodesse est per ipsius pene aliqualem relaxationem. qz cum ignis infernalis sit instrumẽtum diuine iustitie: taxatur a deo ꝙ tãtum habeat afflige re: ⁊ nõ plus minui de eo. iste modus est superius reprobat⁹. quia talis pene relaxatio secũdum diuinam iustitiam nõ videtur possibilis nõ diminuta aut relaxata culpa cum Deut. xxv. dicatur secũdum mẽsuram delicti sit plagarum modus. dimissis ergo prefatis opinionibus imo: vt dicit Albertus magnus potius errozibus ponenda est opinio secuta ⁊ vera ⁊ catholica: quam sanctorum confirmat autoritas, quam oẽs fere magis famosi ⁊ illustriores doctores theologie sequuntur et est Albertus mag. san. Tho. dñs Bonauẽtu. Petrus de tharãtasia. Innocen. v. Richardus de media villa. dominus Durandus. dominus Petrus de palude. ⁊ quam ratio num efficacia cõsolidat ⁊ confirmat. † que est quod suffragia nullo modo prosunt damnatis. Ista conclusio primo pt̃ ex inductis in princi. conclusionis.

Sanct. tho.

Albertus.

Albertus. Sctũs Th. Bonauen. Petrus de tharantasia.

¶ Secundo ex illo Augu. Et ponitur a magistro sententiarum in. iiij. distin. xlv. qui sine fide operante per dilectionem eiusꝫ sacramentis de corpore exierunt frustra illis a suis huiusmodi officia impendunt: sed omnes damnati sunt huiusmodi. ergo non prosunt suffragia eis. ¶ Tertio patet ex illo beati gregorij ad bonifacium. s. ea. q. c. pro obeuntibus. dicẽtis ꝙ pro impijs quamuis christiani fuerint tale quid. s. oblationes ⁊ suffragia facere non licebit. Liceret autem si talia suffragia illis prodesse possent. ratione probatur sic. Suffragia vnius prosunt alteri: quatenus sunt membra vnius corporis. sed dãnati qui iaz obstinati sunt in malo iam nõ sunt mẽbra corporis ecclesie cum sint prescissi irreuocabiliter per finalẽ sentẽtiam. ergo suffragia ecclesie cuiuscũqꝫ membri de ecclesia non possunt eis prodesse. ¶ His habitis dicendum est ad rationes in oppositum. Ad primam dicendum, ꝙ damnatio in verbis illis large accipitur pro quacunqꝫ punitione: vt sic includat etiaz penam purgatorij: que quandoqꝫ totaliter per suffragia expiatur quandoqꝫ non sed diminuitur. cõcordant cum sancto Tho. Albertus: Bonauentura: ⁊ ceteri supra nominati. Sic enim etiam in humano iudicio non solum dicitur cõdemnatus qui ad mortem condemnatur: sed etiam qui ad carcerem ad tempus condemnatur: vel ad penam pecuniariam: de qua aliquando liberatur. ⁊ sic est in proposito. ¶ Ad secũdam respondetur iuxta Sanctum Thomam quod donaria idolozum non fuerunt inuenta apud illos mortuos vt ex eis signum accipi posset, ꝙ in reuerentiam idolozum ea deferrẽt sed ea acceperunt vt victores que eis iure belli debebantur. ⁊ tamen per auaritiam venialiter peccauerunt. vnde nõ fuerũt in inferno damnati. ⁊ sic suffragia eis prodesse poterant concordat Albertus magnus per totum. ¶ Ad tertiam respõdetur iuxta sanctum Tho. quod illud adintozium non erat ꝙ pena eozum diminueretur. sed in hoc solo: vt ibidem dicitur ꝙ macharius oranꝫ cõcedebatur eis: vt mutuo se viderẽt ⁊ in hoc aliquod gaudium non verum: sed fantasticum habebant dum implebatur quod desyderabat sicut solatium est miseris socios habere in penis. sicut ⁊ demones gaudere dicũtur dum homines ad peccata pertrahunt: quãuis per hec eozum pena nullatenus minuatur. sicut nec minuitur angelorum gaudiuꝫ per hoc ꝙ malis nostris cõpati dicunt. ¶ Ad quartum de facto traiani respondetur hoc modo iuxta sanc.

9 Thomã. † quod potest probabiliter estimari, ꝙ precibus beati Gregorij ad vitam fuerit reuocatus: ⁊ ibi Gratiam consequutus sit per quam remissionem peccatoꝝ habuerit ⁊ per consequens immunitatem a pena: sicut etiam apparet in omnibus illis qui fuerũt a mortuis miraculose resuscitati: quoruꝫ plures constat idolatras ⁊ damnatos fuisse de omnibus enim similiter dici oportet, ꝙ nõ erãt in inferno finaliter deputati sed secundum presentem iustitiam meritorum. Secundum autem superiores causas quibus prouidebatur ad vitã reuocandi erat in eis aliter disponendum. vel dicẽdum secũdum quosdã ꝙ anima traiani nõ fuit simpliciter a reatu pene eterne absoluta, sed eius pena fuit suspensa ad tempus: scilicet vsqꝫ ad diem iudicij: nec tamen hoc reducendũ est ad cõsequentiam ꝙ hoc fiat communiter per suffragia: quoniam alia sunt que lege communi accidũt: ⁊ alia que singulariter ex priuilegio aliquibus cõcedũtur. ¶ Ad quintum respondeAd j. arg.

Sctũs Th. Albertus. Bonauen. Ad secũdũ.

Ad tertiuz

Ad quartũ. Sctũs. Th.

Ad qntum. Alber. ma.

10 tur iuxta Albertum magnũ. † quod duplex est misericordia liberans ⁊ relaxans. Liberantẽ autem non sentiunt damnati sed relaxatem non tamen in suffragijs: sed in hoc ꝙ circa cõdignum puniuntur. Pro quo notandum iuxta Bonauentu-

Bonauen.

11 ram. † ꝙ relaxatio pene damnatorum potest dupliciter intelligi aut quantum ad taxationem ⁊ inflictionem pene: ⁊ sic absq; dubio ex diuina misericordia est ibi mitigatio: siue relaxatio: quia diuina iustitia nõ totum exigit pro eo: ꝙ eius pietate interueniente aliquam partem pene instigendo remittit. alio modo potest intelligi mitigatio: siue relaxatio pene post pene taxationem ⁊ inflictionez: ⁊ hoc modo nulla cadit relaxatio: aut mitigatio a diuina misericordia. qz extunc claudit eis dominus viscera pietatis. hec ille. ¶ Ad sextam respondetur negando consequentiam. Et ratio est ꝑm sanctũ Tho. ⁊ Albertum. quoniam quantum ad hoc magis acceptatur suffragium pro mortuo, ꝙ pro viuo. quia magis indiget cuz nõ possit sibi auxiliari: sicut viuus potest. sed quantum ad hoc viuus est melioris conditionis. qz põt transferri de statu peccati mortalis, ⁊ emendari potest ⁊ non mortuus. ⁊ ideo nõ est eadem causa orandi pro mortuis ⁊ pro viuis. ¶ Ad septimam respondetur iuxta dominum Albertum. quod fidelis damnatus ex hoc ꝙ fuit de ecclesia numero multa alia bona consecutus est sicut peccati originalis dimissionem. ⁊ forte multorum aliorum peccatorũ ⁊ retractionem a multis aliꝫ peccatis: ⁊ precipue quod est maximum omnium. scilicet euitationez infidelitatis. Sed nõ puto quod aliquid plus habeat de suffragijs: quam alius. vnde vt dicit albertus in argumẽto est fallacia cõsequẽtis sic arguẽdo. Si aliquid cõsequitur qui fuit de ecclesia numero. ergo hoc vel illud cõsequẽtia est nulla potuit enim aliud consequi quam istud. ¶ Ad octauum

Ad octauũ

Ad sextum.

Ad septimum. Albertus.

Ad tertiuz.

Bonauen. Ad quartũ.

octauum respõdetur, quod orationes ille nõ fiũt pro beatis: nec pro damnatis: sed pro existentibus in purgatorio. Ratio autem quare ecclesia dicit a porta inferi ꝛc. est propter penarum purgatorij acerbitatem ostendendam de cuius acerbitate Augu. loquens dicit: ꝙ sic habet se ignis purgatorius ad penas presentes: vt ignis verus ad ignem pictum. vel orat ecclesia sic ad ostendendum propinquitatem purgatorij ad infernum. vnde infernus ibi large sumit pro purgatorij loco. ⁊ cum dicitur ne absorbeat eas tartarus: sensus est. i. ne teneat. absorptas. i. deputatas. aut diu captiuas. sed liberentur inde.

Augustiñ.

12 **Ad quartũ** sic proceditur. † Et videtur ꝙ suffragia que fiunt per viuos non prosint defunctis mediocriter bonis: ⁊ mediocriter malis. i. existentibus in purgatorio. ¶ Primo sic. iusti enim iudicis est non relaxare penam iuste inflictam. Sed pena purgatorij est iuste inflicta existentibus ibi: ergo relaxari nõ debet. ¶ Secundo sic. anime in purgatorio detinent: vt ibi purgate perueniant ad regimẽ. quia nihil inquinatum incurrit in illud: sed nihil potest purgari nisi circa ipsum aliquid fiat. Sed virtus viui non pertingit ad mortuum. Cum ergo non agat circa ipsum non videtur ei valere eius suffragium. ¶ Tertio sic pena purgatorij est finita. Si ergo per suffragia aliquid diminuitur tantum poterũt multiplicari suffragia, ꝙ tota tolleretur ⁊ ita peccatum remanebit impunitum. quod videtur diuine iustitie repugnare. ¶ Quarto sic. pena purgatorij mẽsuratur secundum quantitatem cremabilis. ergo cum suffragia non minuant culpam. ergo nec aliquid de pena. quod autem non minuant culpam patet: quia solus deus habet hunc effectum in anima. ¶ In oppositum est ca. presens. vbi dicit Augu. ꝙ suffragia prosunt mediocriter bonis. ⁊ mediocriter malis. secundo arguitur ex autoritate ⁊ vsu ecclesie que orat pro defunctis in purgatorio existentibus. Cum ergo ecclesia nõ decipiatur patet ꝙ suffragia ecclesie prosunt illis. ¶ Re-

Primũ arg.

Secũdũ ar.

Tertiũ arg.

Quartũ ar.

Opponit in contrarium.

Respondet.

13 spondeo dicendum. † ꝙ suffragia ecclesie siue que per viuos fiunt in ecclesia prosunt defunctis existentibus in purgatorio ⁊ solis illis. Quo ad primam partem ista conclusio est sepe probata in superioribus: nihilominus probatur sic primo. dicit Dionysius. vij. c. ecclesiastice hierarchie, ꝙ in diuinis sacerdos pro mortuis oraꝫ pro illis orat: qui sancte vixerũt. ⁊ tamẽ aliquas maculas habuerũt ex infirmitate humana cõtractas. sed tales in purgatorio detinẽtur. ergo cõclusio vera. ¶ Secũdo ratione sic. ¶ Quoꝝ est vna charitas vnius in vno corpore eozum est cõicatio bonorum adinuicem. sed vna est charitas ecclesie militantis cum his qui sunt in purgatorio ⁊ indigent. ergo bona facta in ecclesia militãte possunt proficere per modũ suffragij existẽtibus in purgatorio. ¶ Tertio sic. pena purgatorij est in supplemẽtum satisfactionis que nõ fuerat plene in corpore cõsumata: sed vt superius circa. c. nõ estimemus. dictuz est opera vnius possunt valere ad satisfactionem siue viuis siue mortuis. ergo absq; dubio credẽdum est suffragia per viuos facta existẽtibus in purgatorio prodesse posse. ¶ Quarto sic. iuxta dñm Bonauenturam duo sunt que faciũt suffragia ecclesie valere. s. dignitas ⁊ necessitas. iustitia enim consyderat dignitatem. Digni autez sunt qui in charitate decesserunt ab aliꝫ ecclesie membris adiuuari: maxime si ipsi alios adiuuerunt. Misericordia vero consyderat necessitatem ⁊ hec quidem magna est in his: qui sunt in purgatorio: quia grauiter puniuntur: ⁊ se imitare nõ possunt. ergo vllo dubio confitendum est per ecclesie suffragia defunctos existentes in purgatorio adiuuari. ¶ His habitis dicendum est ad rationes in oppositum. Ad primaz respõdetur iuxta Albertum mag. quod illa pena inflicta existentibus in purgatorio licet sit iuste inflicta ⁊ a iustissimo iudice: non est tamen ita confirmata: vt in aliam diuidi non possit. ⁊ ideo relaxari potest in parte vel in toto. ¶ Ad secũdam respõdetur primo iuxta dñm Albertum, ꝙ suffragium factum per viuum pertingit ad mortuũ virtute: ⁊ facies pertingere est charitas cõmunicãs omnia bona que sunt in corpore mystico ecclesie. ¶ Secundo respondetur iuxta sanctũ Thomam, ꝙ purgatio anime per penas purgatorij nihil aliud est quam expiatio reatus impedientis a perceptione glorie. Et quia per penam quam viuus sustinet pro alio põt reatus alterius expiari: vt dictum est: nõ est incõueniens si p vnius satisfactionem alius purgetur. ¶ Ad tertiam respondetur negãdo cõsequẽtiaz. vnde nõ est incõueniens si multiplicatis suffragijs in purgatorio existẽtium annihiletur nec ex hoc sequitur quod arguebatur, ꝙ peccata remaneant impunita. quia pena vnius pro altero suscepta alteri computat. Cõcordat dominus Albertus ⁊ dominus Bonauẽ. ¶ Ad quartum respondetur, quod ratio non procedit. Et causa est iuxta dominum Bonauenturam: quia quãtitas pene nõ re-

Ad primuz argumentũ. Albertus.

Ad scõm.

Sctũs Th.

Bonauen.

Ad quartũ.

spicit maculam: sed reatã, ⁊ obligatio ad penam soluitur solutione pene facta ab ipso vel ab alio. ¶ Quo ad secũdã partem scilicet ꝙ suffragia prosunt solis existentibus in purgatorio. patet primo quia non prosunt paruulis nõ baptizatis: probatur cum illi decesserint sine fide per dilectionem operãte. Solis autem talibus. vt dicit Augusti. suffragia prosunt. ¶ Patet secundo. quia non prosunt damnatis visum est in questione precedenti. ¶ Tertio quia nõ prosunt sanctis per modum indigentie quo ad premium essentiale. vnde extra de celebra. missa. ca. cum marthe. dicitur mutata secreta Leonis pape in qua dicebatur anime leonis pape prosit oratio. ⁊ dicitur vt intercessione leonis. hec nobis prosit oratio. quia iniuriam facit martyri: qui orat pro martyre prodest tamẽ eis ad gaudium accidentale. quia gaudium est angelis super vno peccatore ꝛc. Luce. xv. Crescit autez quia de pluribus: sed nõ maius. vnde si certum est aliquem esse in celo: infidelitas est

14 orare pro eo. ¶ Sed surgit questio. † Quomodo potest esse certum respondetur iuxta Petrum de palude ꝙ multipliciter. primo per bibliã de quibus scriptum est sicut de apostolis. preter filium perditionis ⁊ de patribus veteris testamenti. secundo si pro fide sustinuerũt martyrium. tertio si post baptismum statim decedat paruulus. quarto si est canonizatus quia par sacrilegiũ est dubitare vtrum dignus sit quem elegerit imperator. Licet enim ecclesia erret iudicando hũc esse virum: ⁊ illum vxorem nõ propter hoc tamen in sacramẽto matrimonij. Sed hic cum cultus religionis sit professio quedaz fidei nostre si ecclesia erraret canonizando sanctum quem indicit colendum vniuersali ecclesie videntur error in cõtingentibus fidem. quod autem dicitur. Quod multorum corpora venerantur in terris: quorum anime sunt in inferno de non canonizatis. sed priuate bene licet venerari nondũ canonizatum. Circa hanc materiam etiam due alie questiones tractãtur maxime a doctoribus vna est. vtrum suffragia que fiunt pro vno defuncto magis proficiãt ei pro quo fiunt quã aliꝫ. Alia est vtrum suffragia facta pro multis tantũdez valeant singulis atq; si pro vno quoꝝ singulariter fierent quas vide de cõsecra. distin. v. super. c. nõ mediocriter. vbi de eis disputamus satis plene ꝛc. Lege. ¶ Tẽpus additis. i. nobis occultis. Aug. dicunt autem abdita illa receptacula: quia nobis nunc occulta tunc autem erunt manifesta. Intelligo aũt nomine istorum abditorum receptaculorum celum ⁊ infernũ sed ideo tempus ante resurrectionem ⁊ post distinguit: quia modo in suis receptaculis sunt sine corpore: tũc erunt in corpore. ⁊ quia in aliquibus receptaculis sunt nõ anime: in quibus post resurrectionem nõ erunt sicut quecꝫ digna ꝛc. quoniam vt dictum est in questione. Loca animarum distinguntur secundum statum earum. Et status earũ est duplex vnus merendi in quo conueniunt. ⁊ ideo vnum locum tantum merendi habent, scilicet hunc mũdum in hac mortali vita alter recipiendi secundum merita vel demerita. ⁊ quia in hoc differunt, ideo diuersa loca recipiendi habent in alia vita. Nam si est finale premium in bono sic est celum. Si in alio, aut ratione actualis culpe. ⁊ sic est infernus damnatorum, aut ratione originalis culpe ⁊ sic est limbus puerorum. Si vero non habent finale premium: aut impediuntur ratione defectus persone, ⁊ sic est purgatorius. aut propter defectum nature, ⁊ sic erat limbus patrum. ⁊ sic patet, quod sicut vnaquecꝫ anima digna est requie vel erumna: ita per meritum, quod gessit in hac vita vel cõsecuta ex conceptione sua in hac mortalem vitam, quod dicitur propter paruulos qui non habent personalia peccata sortita est receptaculum in alia vita. [nec negãdum est.] Secunda pars. ímo firmissime credendum est. Nam vt dicit Augu. in libro de cura pro mortuis agenda non parua est vniuerse ecclesie que in hac consuetudine claret autoritas. vt in precibus sacerdotis que dominio deo ad eius altare funduntur locum suum habeat commendatio mortuoꝝ que quidem consuetudo ab ipsis apostolis inchoauit: vt dicit Damasus in quodam sermone de suffragijs mortuorum [mediatoꝛ]. i. christo. Hu. de istis suffragijs: ⁊ numero eozũ satis dictum est in. c. superiori. [meruerunt.] non simpliciter: tunc enim non fraudarentur merito suo: siue hoc fieret ꝑ eis siue non: sed meruerunt sub conditione: scilicet vt si hec fierẽt pro eis possent eis prodesse. Et intelligo hoc potius negative quam affirmatiue: quasi diceret qui non reddiderunt se in vita tales: vt hec deessent eis si pro eis fierent. Hu. [est enim] tertia pars. Ista verba vt diximus. s. in. q. iij. ⁊ tãgit sanctus Tho. in. iiij. a diuersis diuersimode exponitur. illi enim qui dicunt suffragia ecclesie prodesse defunctis existẽtibus in inferno dicunt alios esse mediocriter bonos: ⁊ alios mediocriter malos. Sed in hoc errant isti vt visum est in questione. ⁊ hic errat Hug. ⁊ glo. que sequitur illum secundum vero eos:

Questio. Respondet.

Augustiñ.

Damasus.

S. Thomã.

qui dicunt suffragia non prodesse his qui sunt in inferno. idē sunt esse mediocriter bonos ⁊ modiocriter malos. Ōes vero qui sunt in inferno esse valde malos. Eos qui sunt in patria valde bonos vt expositum est in questione: nec debet Hu. habere pro inconuenienti, † ꝙ vnus ⁊ idem homo diuersis respectibus sit mediocriter malus: ⁊ mediocriter bonus. Bonus inquam inquantum deficit a perfecta malitia q̄ peccati mortalis est. Et malus mediocriter inquātum deficit a perfectione bonitatis que est per carentiā culpe venialis: ⁊ reatus pene catorum mortaliū de quibus in vita nō est plene satisfactū.

Nota ꝙ autoritate in inferno. ⁊c.

¶ Preterea qō dicit Hu. ꝙ in inferno nulla est redemptio ꝙ inteligatur post diem iudicij est error magnus. qm̄ vt ostensum est etiam nūc ante diem iudicij damnatorum in inferno nulla est redemptio: nec ꝗtū ad liberationem oīmodam: nec quātum ad mitigationē aliquā cuiuscunq; pene. [dānatio] i. punitio. vt exponunt communiter doctores theologi: vt. s. diximus. Aduertat legēs huius. c. glosſ. qz in multis ⁊ quasi in omnibus est plena malis opinionibus ⁊ stultitijs.

Cōtinuatio.

De obseruatione.

S. est: in quo ꝑm Joā. de. ⁊ Arc. incipit nona pars huius gōnis: in qua cōtinetur de origine obseruantie variarum cōmemorationum defunctorum post mortem. Et continuatur sic ad precedens. ꝑm Hu. quia dictum est ꝙ sacrificia ⁊ eleemosyne ⁊ huiusmodi pietatis opera facienda sunt pro defunctis. sed qz ad hec facienda christiani varios dies obseruant post mortem defunctorum. ideo magi. Gratia. inducit sequens. c. ad ostendendum vnde obseruantia inoleuit vel habuit principium.

1 ☞ Suffragia successiue continuata an valeant tm̄ ꝗtum simul multiplicata.

Quod sic quo ad meritum instituentis. nu. 2. Non tamē quo ad celeriorem liberationem a purgatorio. nu. 3.

Exponit literam.

Uia alij.

Hoc. c. sumptū est ex beato ambrosio in li. de obitu theodosij imperatoris. ¶ [Lectio.] Heū. c. l. Et videtur ꝙ ambrosius sequatur aliā trāslationē. quia nostra non habet sic ad literam. vt patet legenti [pueris.] id est seruitoribus medicis. [sepultoribus] cōditoribus corporis patris sui. ⁊ forte ipsi postea sepelierunt eum. ⁊ ideo forte vocātur sepultores vt sepelirent eum. i. aromatibus condirent ad sepeliendum. hug. Deut. cxxiij. [vtraq;]. s. que cōtinetur Heū. l. de. vij. ⁊ xl. diebus. ⁊ illa que continetur in Deut. cxxiij. de cxx. diebus. hu.

Questio.

1 ¶ Circa hoc. c. potest queri, † vtrum suffragia tantum valeant successiue continuata ꝗtum simul multiplicata: vtputa vnum tricesimale cōtinuatum ꝗtum. cxx. misse vna die a. cxx. sacerdotibus dicte. ⁊ similiter annale: quantū cccl xvj. misse vna hebdomada a diuersis dicte: ⁊ sic de aliis.

Rūdet. Prima cōclusio.

¶ Ad hoc respondet dīs Petrus de palu. in. iij. di. xlv. sub

2 duabus cōclusionibus. † Prima ꝙ tm̄ vel plus valeant suffragia ad meritum institutentis cōtinuata ꝗ simul multiplicata. Hanc cōclusionem probat ex hoc: qz est magis ad honorem dei continuatio talium vniuersariorum. ⁊ hoc cōsyderans ecclesia ea fic instituit. ¶ Scōa cōclusio est, † ꝙ ad celeriorem liberationē a purgatorio, ⁊ ad citius videndum deum plus valet accelerata multiplicatio suffragiorū. que cōclusio probat exinde qz sacramētum in proposito habitum nunq̄ tantum valet ad pene remissionem ex opere operato ꝗtū ad actum sicut patet in baptismo flaminis qui nō remittit totam penam sicut baptismus fluminis. ⁊ fic etiam missa nōdum celebrata ex opere operata non potest habere tātam efficaciam ꝗtam iam celebrata. Neutrum ergo est contemnēdum. quia vtrunq; bona intentione fieri potest anniuersarium: vt deus clarius videtur per opus magis sibi honorificum ⁊ multitudo missarum simul a diuersis dicendarum. vt deus citius videatur. ⁊ ne diutius teneatur vel torqueatur.

Secūda cōclusio.

3

Lugere autem.

S. est: in quo incipit decima pars huius q̄stiōis: in qua quia superius facta erat mentio de luctu pro mortuis: magister gratianus ostendit per quatuor capitula sequentia qualiter lugendum sit pro mortuis ⁊ qualiter nō. Equidem ex desperatione future resurrectionis non est lugendum: sed affectu pietatis ⁊ intuitu humanitatis lugere quis potest exemplo xp̄i lugentis lazarum mortuum.

1 ☞ Mors an sit voluntarie gaudenter suscipienda tam sua ꝗ suorum ꝙ fic. nu. 2.

3 Fidelis nullus debet grauiter ferre mortem amicorum suorū.

4 Luctus ⁊ fletus moderatus amicorum ex affectu pietatis: ⁊ humanitatis minime prohibetur.

5 Voluntas duplex dicitur in christo.

6 Inuiti operantes bonum indigni sunt premio.

Diuisio.

Quam prepostere est.

Capitulum hoc qō inducit ad predictū propositum est beati cypriani summa est in rubro. Et diuiditur in duas partes. In prima assignat rationem quare voluntarie accipere debemus mortem: qñ placuerit deo eos de hac vita euocare. in scōa assignat rationē quare in morte amicorū flere nō debemus. qz. l. eos non amittimus. sed ad patriam primitus ⁊ secuturi eos sumus. scōa ibi, idem nobis.

Questio. Primus argumentum.

1 ¶ Pro intelligentia plenioris huius. c. Queritur † Utrum mors sit voluntarie gaudenter suscipienda tam sua ꝗ amicorum. ⁊ videtur ꝙ non. Quia omne qō est naturaliter desyderat conseruationem sui esse ⁊ naturaliter refugit dissolutionē sui esse. sed mors est dissolutio vite humane: ergo nullus homo tenetur illam gaudenter suscipere aut libenter appetere.

Secūdū ar.

¶ Secundo arguitur de xp̄o qui Luce. xxij. dicēs pater. Si vis transfert a me calicem istum videtur timuisse ⁊ recusasse mortem.

Tertium argumentum. Opponit ⁊ Respondet. Prima cōclu.

¶ Tertio arguitur ex illo: qō Jo. xi. xp̄s legitur lacrimatus super lazarum amicum mortuum. ¶ In oppositū est. c. presens. ¶ Respōdeo dicendum sub diuersis conclusio-

2 nibus. † Prima est ꝙ bonis hoibus mors dz esse acceptaz ab eis voluntarie ⁊ gaudenter suscipi. Ista cōclusio deducitur ex multiplici capite. primo qz mors hostē nostrū familiarē. s. corpus occidit. ad Gal. v. Caro concupiscit aduersus spiritū ⁊ alibi. Nulla pestis efficacior est ad nocēdū q̄ familiaris inimicus: hinc dicebat apls ad Ro. vi. Infelix ego quis me liberabit de corpore mortis huius. ¶ Secundo mors est gratāter accipienda: quoniam ostium nobis efficit ad exeundū de carcere immundissimo. Sancte em̄ viuere in hoc mortali corpore reputant viuere in carcere. vnde propheta orans ait. Educ de carcere animā meam. alia litera hz de custodia. s. in qua vt incarcerata anima detinetur. ¶ Tertio qz mors peregrinationi nostre laboriose. ⁊ amiritudinibus plene finē imponit. vnde sancti viri hūc mūdū tanq̄ exilium reputantes scientes ꝙ diu sunt in corpore peregrinantur a dño vitam presentem habēt in fastidio. vnde propheta. Heu mihi qz incolatus meus prolongatus est. ⁊ ad Phil. j. desyderium habēs dissolui ⁊ esse cū xp̄o. ¶ Quarto. qz per mortem euadimus presentis vite pericula. Quid em̄ est vita presens nisi mare tempestatibus tētationibus ⁊ periculis maximis plenus. qō probat ipsa. quare dicit Bernardus. Cur vitam istam desyderamus in qua plusq̄ viuim⁹ plus peccauim⁹. ¶ Quinto mors est gratanter suscipienda. qm̄ vite presentis labores ⁊ agones terminat: ⁊ ad regnum ⁊ requiē introducit sempiternā: vbi dīs mercedem reddet laborū suorū. Sapiē. x. vnde Jo. in apoca. xiiij. iaz dicit spūs vt requiescāt a laboribꝰ suis. opera em̄ illorū sequūtur illos. ⁊ ideo dicebat apls ad Phil. j. mihi viuere xp̄s est: ⁊ mori lucrū. ob quā rem inquit prophe-

Diuisio.

Questio. Primus argumentum.

Secūdū ar.

Tertium argumentum. Opponit ⁊ Respondet. Prima cōclu.

ꝑs. cxlj. b.

ꝑs. cxix. a.

Bernard.

ta. Pretiosa est in cōspectu dīi mors sanctorū eius. merito ergo mors a bonis ⁊ sanctis desyderat. qm̄ mors nihil aliud est ꝗ exitus de carcere finis exilij. Laboris consummatio ad portum applicatio peregrinationis finitio oneris grauissimi sc̄z corporis depositio de furioso equo. i. de carne descēsio de domo ruinosa liberatio oīm egritudinū terminatio oīm periculorum euasio oīm malorū cōsumptio: oīm vinculorū diruptio debiti nature solutio reditus in patriam: ⁊ regressus in gloriaz. ⁊ ppter hoc dz Ecclesiasti. vij. melior est dies mortis ꝗ infirmitas. ¶ Sexto mors est gratanter acceptanda. qz voluntate dīi nobis intigitur: cui nos cōformari opz. ⁊ vt inquit Hierony. placeat hoi quidqd placet deo. Absonū est em̄ vt dicit exp̄rian⁹ in psenti. c. vt cū dei volūtatem fieri postulamus. qū enocat ⁊c. ¶ Septimo mors est gratgter suscipiēda. qz cū sit mos vt dicit Seneca lex sit nature tributū officiūq; mortalium est ineuitabilis. Quis em̄ est homo q̄ viuit ⁊ nō videbit mortē inquit ppheta. Oēs em̄ morimur ⁊ quasi aqua dilabimur in terra. ij. Reg. xiiij. quo circa dicit Seneca. quid fles: ad hanc legē natus es. ⁊ stultū est timere, qō vitare non potes. qō ergo vitare nequis: cōstāti suscipe mente. ¶ Octauo mors gratanter suscipienda est ppter exemplū xp̄i. q mortē gratāter accepit. vñ apls ad Heb. xij. Curramus ad propositum nobis certamen aspicientes in actorē fidei: ⁊ ꝑsummatorem iesum: qui proposito sibi gaudiū sustinuit crucē. Au. magna est cōsolatio mēbris a capite ꝙ xp̄s qui est sapiētia dei patris regnū mundi: imo etiam vitā fugit: ⁊ ad mortē voluntarie venit. Certissimū arg. est ꝙ mors seruis dei timēda nō sit.

Hierony.

Seneca. Ps. lxxxviij. g.

Augusti.

Scōa cōclu.

3 ¶ Scōa cōclu. † Nullus fidelis dz grauiter ferre mortē amicorū suorū. Ista cōclu. lz satis pateat ex inductis pro prima conclusione nihilominus pt̄z etiā. primo propter spēz resurrectionis

ꝑs. cxv. a.

Damasce.

rectionis. mors enī sanctorum, vt dicit Damasce. lib. iij. sommus est magis ꝗ mors. hinc dicebat apls. j. ad Thessa. iij. Nolumus vos ignorare fratres de dormientibus vt non contristemini: sicut ceteri qui spem nō habent. nam vt Chrysosto.

Chrysosto.

1 dicit sup Mat. timor mortis nihil aliud est: ꝙ desperatio vite post mortem, tēperādus est ergo dolor de morte ne videamur de numero eorū: qui future resurrectionis ⁊ alterius vite spēz nō habēt. Ambro. dicit Cessent lacrime: qz dz aliquid inter fidos ⁊ pfidos interesse fleant suos qui eos imperpetuū interijsse existimant. qz spem resurrectionis nullā habent. nobis vero quibus non natura, sed huius vite finis est. qz natura reparabitur in melius mortis casus astringat oēs fletus.

ꝑsal. cxxxiij. d. ꝑs. cxvij. c.

¶ Secundo mors amici patienter ⁊ gratanter est ferēda: qz si amicus erat mal⁹ noli dolere pro te. sed pro ipso. Qz mors peccatorū pessima ait ppheta. Ipse em̄ fortitan te perdidisset, scriptū est em̄. Laz peruerso peruerteris. Si aūt bonus erat iam ipm non perdidisti. sed vt dicit in psenti. c. cyprianus ad regna celestia premisisti vt locū tibi ꝑparet inter sydereas mānsiones. vñ Bernar. qñ nos mouendo deserunt quos amam⁹ nouimus eos ineternum non relinquere nos. sed aliquātulū precedere securos. de morte ergo amici boni ⁊ iusti nō est tristandum. sed potius gratulandū. tum propter nostrum commodum propriū. qz apud deū pro nobis modo liberius intercedet.

Bernard⁹.

¶ Tertia cōclu. Licet immoderatus fletus aut luctus

Tertia conclusio.

4 pro amicis nostris sit oīno ꝓhibitus. † Luct⁹ tñ ⁊ fletus moderat amicorū ex affectu pietatis ⁊ humanitatis intuitu nō prohibetur. ista cōclusio ptz. tum ex. c. seq. tum ex illo ecclesiastici. xxxij. ibi: in mortuū produc lacrimas. tum exēplo xp̄i ⁊ sanctorū quos legimus fleuisse super defunctos. de tēperādo huiusmodi luctu Seneca. nec sicci sint oculi tui: nec oīno fluāt eodem animo fer mortē amici quo tuā expectas. Si naturalis infirmitas te inuitat ad planctū: tempera luctum: nec luctui tradas animū. Nō ꝓhibemus lacrimas quas naturalis necessitas exprimit quas infirmitas humana expellit: qz he lacrime cadūt nobis nolētibus. Lacrime nō suffocēt animū: sed medijs lacrimis animus immobilis: ⁊ cōstans miseriam suam lugeat in amicis dolorū affectum nō arguo. sed doloris excessum. ¶ His habitis dicēdū est ad rōnes in oppositum. Ad primā rīdetur ꝙ ꝛz appetitus naturali homo mortē refugiat appetitu tñ ratiōali ⁊ deliberatiuo sepe illa appetit rationibus supradictis. vnde apls ad Phil. j. Cupio dissolui ⁊ esse cū xp̄o. ¶ Ad secundā de xp̄o rīdetur ꝙ non proce-

Seneca.

Ad j. arg.

Ad secūdū.

5 dit. † qz in xp̄o duplex dz volūtas. s. sensualis: ⁊ rationalis. voluntas sensualis in eo refugiebat dolores sensuales ⁊ corporis lesionem: ꝑm quam petebat a se trāsire calicem passionis. voluntas vero rōnalis in eo erat tota conformis diuine: ꝑm quam ipse voluit mortem subīre. Oblatus est: qz ipse voluit vt dicit ppheta. ꝑm quā inquit. non qō ego volo sed quod tu vis. ¶ Ad tertiam dicendū est, ꝙ dolor ille xp̄i super lazarum ex pietatis affectu fuit: ⁊ moderatus. vnde talis non prohibetur. ⁊ tñ pro nūc de ista qōne. Lege. ¶ [Quā prepostere.] i. inordinatum. hu. [postulamus] dicentes in oratione dominica. fiat voluntas tua. [accersit]. i. cōpellit aduenire [ad pernicacium]. i. superborum. hu. [cū tristitia.] ⁊ meroze in morte precedēte: qō nō est fiendū. vnde salnator retinentem appetitum ⁊ mortem fugientem temperauit dicens Mat. xxvj. nō quod ego volo: sed qō tu. ⁊ Luc. xxij. verūtamen nō mea volūtas sed tua fiat. [istinc]. i. de isto mundo [inuiti. Jarg. † ꝙ in-

Ad tertium Exponit literam.

5 digni sunt premio: qui inuiti operantur bonū. ar. xx. q. j. c. ō. q. iij. presens. [idē] scōa pars [minimis ⁊ extremis] cā humiliratis dicit credēs se meritis minorē esse alijs. [reuelatū est] i. deus dignatus est mihi minime reuelare [nō esse lugēdos.] sc̄z incōsolabiter siue immoderate. bñ tñ pietatis intuitu: sicut dictum est in qōne. ⁊ xxiij. q. v. [quis em̄ accersiōe]. i. euocatione [cū sciamus] qui fidem future resurrectionis tenem⁹ nō amittimus. sed premittit. de hoc diximus in qōe. [vt nauigantes solēt]. s. ad preparādū hospitia. vnde beatus Sebastian⁹ dicebat. vadunt nobis parare sydereas mansiones.

1 ☞ Pusillanimitas est vitium oppositum virtuti fortitudinis.

Diuisio. Exponit literam.

Ubicunq;

Ad idem est hoc. c. quod est ad hebreos. Summa est de non curanda pompa sepulture ⁊ de non lugendis excessiue mortuis. secundum que duo capitum potest diuidi in duas partes. secūda ibi: lugere autem. Lege. ¶ [Ubicunq; sepeliamur. Jsubaudi] non obest. Archi. [domini est terra.] est ar. contra illos qui timent mori in terra aliena. sed non timendum quia omne solum forti patria est vt piscibus equor: ⁊ deus vbiq; pre-

sto est. vt de pe. di. vj. qui vult. [Ꝛ si licet qō opz fieri]. i. exhiberi corpori humando [efficiatur]. i. debitū officiū funeris impleatur si potest fieri. als sēm ꝙ oportet. Hu. Arch. [Lugere autez] scōa pars [ex pusillanimitate.] † pusillanimitas est vitiū oppositum virtuti fortitudinis. vt dicit ꝑbus. iij. ethicorum fortis territibilia mortis non timet: sed aggrediturꝰ propter bonum virtutis. sed pusillanimis mortem timet: ⁊ fugit vbi ⁊ qñ non oportet. vnde timere mortem per qua bonū virtutis assequimur ex pusillanimitate procedit. vnde ecclesiastici. vij. noli esse pusillanimis in animo tuo. ⁊ Esaie. xxxv. dicit te pusillanimes confortamini ⁊ nolite timere.

Exponit literam.

Hoc autem.

S. est: in quo determinat duo precedētia capta ⁊ soluit cōtradictio nem sequentium capitulorū distinguendo qualiter lugendus sit pro mortuis: ⁊ quando non: ⁊ bene dicit. Lege. ¶ [Hoc autem]. s. ꝙ aliquis nō debeat lugere mortuos intelligendus est ex dispensatione future resurrectionis. Taliter enim lugere mortuos est infidelitatis: qō prohibet apls. i. ad Thessa. iij. nolumus ⁊c. [pietatis.] ⁊ compassionis. [affectu.] bene licet dictum est in questione. Hoc autez quod dicit probat per capitulum sequens.

Exponit literam.

Habent.

Hoc capitulum est anastasij pape. Summa est, ꝙ ⁊ si non credētes aliam vitam esse excusationem habeant si nimio dolore plangūt mortuos suos nobis tamen credentes futuram aliam ⁊ habentes spem future resurrectionis non esset excusatio: sed magna culpa. Bene est. Lege ¶ [Habent]. s. pagani [fortitan] temperamentum est: quia in veritate ex toto non excusantur. hu. archi. [iustam] quo ad eorum opinionem [qui vitam alteram nesciunt]. i. qui futurā non sperant resurrectionem qui de hoc ⁊c. [non confidunt] i. non credunt vitam eternam [nos autez qui hoc credimus] s. futuram resurrectionem: ⁊ vitam eternam contristari nimiū nō debemus [ne quid] assignatur vna ratio. s. [ne quid]. i. minium tristari] apud illos]. s. simplices idiotas: vel non credētes [tenent speciē pietatis [. i. videntur ex affectu pietatis hoc facere. [hoc nobis in culpa sit]. i. nobis imputetur ad culpaz. [nam] assignat rationem [querere]. i. facere contra hoc quod quisq; amans iustitiam predicat esse faciendū [genus quoddam diffidentie est] non enim debet aliud predicare ⁊ aliud facere. vt. xxij. q. v. cauete. hu. [dicente apostolo.] ybi. s. Ecce ꝙ non prohibetur luctus: nisi qui sit ex desperatione: ⁊ prohibetur etiam nimius: ⁊ immoderatus. quia talis semper presumitur esse ex desperatione. Hu.

1 ☞ Mortui sunt sepeliendi cum psalmis ⁊ canticis ecclesiasticis.

2 Christus in resurrectione lazari voluit se turbari ⁊ tristari tripliciꝰ de causa.

Ui diuina.

Sequitur hoc. c. quod est concilij toletani. iiij. summa. † ꝙ mortui sunt sepeliēdi cum psalmis: ⁊ cānticis ecclesiasticis, ⁊ ꝙ nō sunt plorandi excessiue: ⁊ maxime hoc competit religiosis. Et diuiditur in tres partes. In prima ponit qō dictū est. in scōa iniungit episcopis: vt prohibeant christianos fletus ⁊ planctus illos immoderatos pro mortuis. in tertia ꝙ prohibeat maxime hoc religiosis. secunda ibi: si autem potest. tertia ibi: religiosis. Lege.

Diuisio.

Exponit literam.

¶ [Qui diuina tantummodo.] non excludit alios religiosos cautus. Hu. [prohibet] ecce scōm. [⁊ dīs nō fleuit.] quia forte aliquis vellet arguere in contrarium huius, ꝙ pro mortuis esset flendū ex exēplo xp̄i quasi rīndendo dicit ꝙ dominus nō fleuit mortuū lazarū ⁊c. Salua reuerentia huius cōcilij xp̄s fleuit super lazarū mortuū: ⁊ nō tñ ad mortalē vitam reducendum in quo affectū cōpassionis ⁊ amoris ostendit se habere super afflictos. vt cū sororibus lazari flentibus fleret vnde xp̄s videns sorores ⁊ iudeos flere infremuit spū ⁊ turbauit semetipm: ⁊ lacrimatus est. super quo verbo dicit sanctus

2 Tho. super Jo. † Christus voluit se turbare ⁊ tristari ex triplici de causa. Primo quidem ad probādum cōditionē ⁊ veritatem humane nature. ¶ Secundo vt dum tristatur ⁊ coercet seipsum doceat modum seruandū esse in tristitijs. Stoici enim dixerunt ꝙ nullus sapiens tristatur: sed valde inhumanum videtur, ꝙ aliquis de morte alicuius nō tristetur. aliqui autem sunt qui in tristitijs ex malo amicorum nimis excedūt. Sed dominus tristari voluit: vt significet tibi, ꝙ aliquando debeas contristari, quod est contra stoicos: modum in tristitia denuntiat, quod est contra secundos. vnde apls dicit. j. ad Thessa. nij. [nolumus vos ignorare ⁊c. ybi nō dicit simpliciter: vt non contristemini: sed addit sicut ceteri qui spem nō

S. Thom.

habent. vnde Ecclesiastici. xxvij. super mortuum plora: q; defecit lux eius. ꝛ postea subditi modicum plora. ¶Tertia causa est vt insinuet ꝙ nos ꝙ mortuis corporaliter tristari ꝛ plorare debem⁹. ſm illud ps⁹. Afflictus sum ꝛ humiliatus sum nimis. hec ſan. Th.]Si aũt [scda pars [phibere]. s. nimiũ lugere hu. [religiosis.]tertia pars [oino nõ debere]qm ꝛ si omnibus sit phibitũ excessiue ꝛ immoderate flere pro mortuis: multomagis phibetur religiosis. vnde propensius tenentur abstinere ab hoc: cum sint mundo mortui. ſNon credo tamen inquit Wa. ꝙ fletus moderatum ex pietate procedentem inhibeat religiosis.

psal. xxxvij. b.

De mortuis.

S. est: in quo incipit. xj. pars huiꝰ qõnis in qua incidẽter mouet q̃stionem. ſan mortui sciant ea que aguntur a viuis.

2 ☞Aie separate naturali cognitione nesciunt que hic agunt. ¶Possunt tamen aliqua scire per cõtemplationem. nu. 3. Et per relationem animarum eorum qui ad eos accidunt. nume. 4. Et cum contingit eas venire ad nos. nu. 5.

6 Anime separate possunt plurima cognoscere eorum que agũtur apud nos reuelatione bonorum vel malorum angelorum. Et reuelatione diuina. nu. 7.

9 ¶Mortuus nullus qui in inferno vel in paradiso fuerit deputatus inde exire potest.

10 Anime separate ſm cursum naturalem locis propꝛijs deputate a conuersione viuentium segregantur.

11 Anime beate aliqñ egrediuntur celum ſm dispositionem diuine prouidentie: ꝛ apparent hominibus. Et idem de damnatis. nu. 12. Et de illis de purgatorio. n. 13. Et idem illis qui fuerunt in limbo patrum. nu. 14.

15 Pueri qui sunt in limbo non egrediuntur receptaculũ eorũ.

16 ¶Mortui oẽs debent exigere receptacula sui in die iudicij.

Attendum.

Inducit hoc. c. quod est beati Augu. lib. de cura agenda pro mortuis. Summa est qua respondetur ad qõnem. ſ. ꝙ per seipsos scire non possunt sed bene per reuelationem. ¶Pro plenioꝛi intelligentia partis queruntur duo.

1 ¶Primum est vtrum mortui siue anime mortuorum sciant que hic aguntur.

8 ¶Secundum est vtrum anime mortuorum exeant q̃qz receptacula sua: ꝛ veniant ad nos ꝛc.

Ad primum

sic proceditur. †Et videtur ꝙ sic. Primus sic. ¶Nullus habet curam de rebus quarum cognitionem non habet, ſz anime separate habent curam de his que hic aguntur ſm illud Luc. xvj. habeo quinq; fratres: vt tester ne ꝛ ipsi veniant in hunc locũ tormentorum. ergo anime separate cognoscũt ea que hic agũtur. ¶Secundo sic. cognitio intellectualis non impeditur per distantiam loci ergo sicut existentes in mũdo cognoscũt ea que fiũt in mũdo. ita etiam a corporibus separate cognoscent que apud nos agũtur. ¶Tertio sic. mortui frequenter apparent dormientibus vl vigilãtibus: ꝛ eos admonẽt de his que hic agũtur: sicut samuel apparuit sauli. vt habetur. j. Reg. xxviij. Sed hoc non esset si ea que hic aguntur non cognoscerẽt. ergo ea que hic aguntur cognoscunt. ¶Quarto sic. plus distat celum ab inferno ꝙ mũdus sed lux intellectus animarũ separatarũ etiam damnatarum extenditur ad videndum ea: que sunt in celo: vt pote gloriã beatorũ: ergo multo magis se potest extendere ad cognoscendum ea que apud nos aguntur. ¶In oppositum est. c. presens. scõo illud Job. xiij. si fuerint filij eius nobiles siue ignobiles non intelligent. ¶Respondeo dicendum ꝙ triplex potest distingui cognitio. quedã certa: quedã coniecturalis: quedam per reuelationem. hac distinctione posita sit ista prima conclusio. †Anime separate naturali cognitione nesciunt que hic aguntur. Ista cõclusio q̃ est sancti Tho. in. j. parte. q. lxxxix. ar. viij. ꝛ in. iiij. dist. vlt. q. iij. ar. j. probatur sic. qz si anima separata cognosceret ea que hic agũtur: aut primo cognosceret per essentiam suam: ꝛ hoc nõ quia nec anima nec angelus potest per essentiam suam cognoscere alia a se: aut secundo cognosceret per species influxas: ꝛ hoc non. qz anima separata nõ est tante efficacie: vt per tales species habeat omnium singularium notitiam nisi confusam ꝛ indeterminatam. Quia enim: vt dicit sanctus Tho. efficacia virtutis intellectiue anime separata non est proportionata formis illis vniuersalibus influxis tales species non sufficiunt in ea ad cognitionem omnium singulariuꝫ nisi in quadam vniuersitate ꝛ confusione. Aut tertio cognosceret p species remanentes in anima separata: ꝛ hoc non quoniam species tales nõ sunt principia cognoscẽdi nisi illa a quibus acceptа sunt vel similia. Que autem apud nos continue aguntur sunt diuersa: ꝛ varia. Illec quarta cognosceret p species quas de nouo abstraheret a rebus ꝛ hoc non. q; talis abstractio cũ fiat mediantibus sensibus ꝛ alijs potentijs sensitiuis que in anima separata actu non manẽt: non habet locum in anima bus separatis. patet etiam ista cõclusio ex vario modo essendi animarum separatarum a modo essendi viuentium. sic anime separate sine mortuorum per diuinam ordinationem ꝛ secundum modum essendi segregate sunt a conuersione viuentium: ꝛ coniuncte conuersationi spiritualium substantiaruꝫ. que sunt a corpore separate. ergo ea que apud nos aguntur ignorãt. hanc rationem assignat Hzego. xij. moraliũ dicẽs mortui vitam in carne viuentium post eos qualiter disponatur nesciunt: q; vita spiritus lõge est a vita carnis: ꝛ sicut corporea ꝛ incorporea diuersa sunt genera. ita distincta sunt cognitione. ¶Secunda conclusio. † Anime separate possunt aliqua cognoscere eorum: que apud nos aguntur ex coniecturam. patet ista conclusio ex illo Luc. xvj. vbi dives dicit se habere quinq; fratres. Et ita cognoscebat aliqua q̃ hic agũtur: sed hoc non naturali cognitione: sed per coniecturã: quoniam eo ꝙ nõ videbat eos secum in inferno nec cũ abzaham in limbo coniecturabat, ꝙ erant in mundo. ¶Tertia cõclusio. †Anime separate possunt multa cognoscere eorũ q̃ apud nos aguntur per relationeꝫ animarũ eorum qui hinc ad eos accedunt. ista conclusio est Augu. in presenti. c. ¶Quarta cõclusio. †anime separate plura eorũ que apud nos aguntur cognoscere possunt cum contingit eas ad viuos venire. ista cõclusio sumitur etiam ex presenti. c. ¶Quinta conclu. †anime separate possunt plurima cognoscere eorũ que aguntur apud nos reuelatione bonorum vel malorum angelorum. cõclusio ista patet in presenti. c. dicit enim Au. audire possunt ꝛ ab angelis q rebus que hic aguntur presto sunt. ¶Sexta conclusio. †Anime separate possunt multa cognoscere de his: q̃ hic aguntur reuelatione diuina. ista conclusio est etiam Aug. in presenti. c. maxime hoc cõuenit animabus separatis a beatis de quibus dicit beatus Hzego. vbi supra ꝙ que intus omnipotentis dei claritatem vident nullo modo credẽdum est. ꝙ sit foris aliquid quod ignorent. iterum homil. xl. Qui creatoris sui claritatem vident nihil in creatura agitur quod videri non possit. vnde san. Tho. in. j. parte ait. tenẽdum est ꝙ anime deũ videntes omnia presentia que hic aguntur cognoscant. Sunt enim angelis equales: de quibus etiam Aug. asserit, ꝙ ea que apud viuos aguntur non ignorãt. verum quia sanctorum anime sunt perfectissime diuine iustitie cõiuncte: nec tristantur: nec rebus viuentium se ingerunt: nisi secundum ꝙ iustitie diuine dispositio exigit. ¶His habitis dicẽdũ est ad rationis dupliciter iuxta san. Tho. primo ꝙ anime mortuorum possunt habere curam de rebus viuentiũ etiã si ignorent eorum statum: sicut nos curam habemus de mortuis eis suffragia impendendo: q̃uis eorũ statum ignoremus. ¶Secundo respondetur ꝙ licet anime mortuoꝫ naturali cognitione aut per seipsos facta viuentium cognoscere nõ possunt tamen aliꝭ modis assignatis in conclusionibus cognoscere possunt. ¶Ad secundam respondetur. primo quod ratio nõ procedit. Ratio est, quod anime separate nõ cognoscunt que hic aguntur non est propter distantiam localem: quia anima separata singularia intelligit per influxum specierum ex diuino lumine, quod quidem lumen equaliter se habet ad propinquum ꝛ distans. vnde distantia localis nullo modo impedit anime separate cognitionem: sed propter alias rationes supe rius assignatas. ¶Ad tertiam respondeꝫ, quod bene concedit: quod mortui possunt aliquo modo cognoscere que hic aguntur: sicut dictum est: ꝛ vnus modus assignatus in quarta conclusione est: cum cõtingit permissione diuina aliquos mortuos ad viuos venire. Verum de hoc dicitur in sequenti questione.

Ad secundũ

sic proceditur. Et videtur ꝙ anime mortuorum non exeunt receptacula deputata eis aut ad viuos veniant. primo sic. ¶Receptacula data sunt aliabus post mortem in premium: vel in pena. vt dictum est ꝛ habitum. ſ. ex autoritate Augu. ſ. ea. q. tempus. sed post mortem nec premia sanctorũ minuũtur nec pene damnatorum. ergo videt ꝙ anime post mortẽ nõ egrediũtur de suis receptaculis. ¶Scõo sic. dicitur in pſa. Ut habitẽ in domo dñi oĩbus diebus vite mee. ꝛ Job. xiij. dr q descẽdet ad inferos non ascẽdet. ergo tã boni ꝙ mali a suis receptaculis nõ egrediũtur. ¶Tertio dr i pſa. Spũs vadẽs ꝛ nõ redicꝭ. ergo ꝛc. ¶Quarto idẽ arguit ex illo Au. li. de cura aiarũ. si in rebꝰ viuentiũ interessent aĩe mortuoꝫ: me pia mr nulla nocte desereret q̃ me terra mariq; secuta est: vt mecũ viueret. sed si anime mortuorũ de suis receptaculis egrediũtur: egredi tenentur: ꝛ tenentur interesse rebus viuentiũ. ¶In oppositum est augustinus. in. c. pñti. ¶Rñdeo iuxta sanctũ Tho. i. iij. ꝛ accordãt quasi oẽs ꝙ mortuos dimittere receptacula sua põt ītelligi dupliciter. vno modo simpliciter ꝛ absolute non redeundo amplius. Et de isto sit ista prima cõclusio, †ꝙ nullus mortuus qui in paradiso vel in inferno fuit deputatus inde egire potest. pts cõclusio: q̃ſ sancti in eternũ permansuri sunt in celo: ꝛ damnati in inferno. ſNon est arg. in contrariũ de traiano. qz per finalem suam non fuerat damnatus. Alio modo potest intelligi vt egreant ad tempus: ꝛ in hoc distinguendũ est: quid eis conueniat secundum legem nature: quid eis conueniat secũdum ordinem diuine prouidentie. quia vt Augusti. dicit in lib. de cura pro mortuis agenda. Alij sunt humanorum limites rerum ꝛ alia diuinarum signa virtutum. alia sunt que naturaliter sunt: alia que mirabiliter fiunt ꝑs hanc distinctionẽ est. Scõa cõclusio iuxta sanctũ Tho. † ꝙ sẽm cursum naturalem anime separate egredi non possunt. deputate a conuersatione viuentiũ segregant, ista cõclusio deducit fic a sancto tho. Anime mortuorũ a conuersatione viuentiũ penitus segregãtur. ſNon enĩ ſm cursum nature hoies immortali carne viuentes substantijs separatis immediate ꝟiunguntur: cum omnis eoꝝ cognitio a sensu oriatur: nec ꝑpter aliud a suis receptaculis egresse cõspectibus hominũ se repꝛesentãt. ista cõclusio est augustini. in. c. pñti. ¶Quarta ꝟclo. † ſm hanc dispositionẽ diuine prudentie beate anime q̃ꝛ egrediunt celum: ꝛ apparẽt hoibus, pts ꝟclusio. primo ex illo qõ dicit augustinus de felice martyꝛe qui ciuibus nolanis visibiliter apparuit cum a barbaris oppugnaret. ¶Scõo pts ex illo hieronymi contra vigilantiũ sic eum alloquentis. Alis enĩ vel in sinu abzahe: vel loco refrigerij vel subtus aram dei aĩas apostolorũ ꝛ martyꝛũ sedisse: nec posse suis tumulis cum voluerint adesse pñtes: ꝛ ita tu deo leges imponis: tu apꝰis vinculа injicies: vt vſq; ad diẽ iudicij teneanꝰ custodia ne fint cum dño suo de quibus scriptũ est. Sequũtur agnũ quocũq; ierit. Sed agnus vbiq; est. ergo ꝛ hi qui cum agno sunt ſm beneplacitũ dei possunt interesse multis locis de receptaculo suo egressi. Ista conclusio est etiam manifesta in multis hist⁹ijs in quibus leguntur sancti descendisse de celo, ꝛ apparuisse viuentibus, vnde omnes dicuntur descendisse de celo in obitu beate virginis propter eius reuerentiam. ¶Quinta cõclusio †damnati ante iudiciũ ad tempus permissione diuina aliqñ permittuntur receptaculum inferni egredi: ꝛ viuentibus hominibus apparere: ꝛ hoc ad eruditionem hominũ viuentiũ: ꝛ terrorem, vt de benedicto papa refert Hzegorius ꝛ de ymbra sordida latronis in vita beati martini, hec tamen est differentia vt dicit sanctꝰ Tho. in. iiij. inter sanctos ꝛ damnatos q; sancti cum voluerint apparere possunt viuẽtibus. Ex virtute enĩ glorie potestas aĩabus sanctorũ datur per quam pñt mirabiliter apparere viuentibus: cum volũt quod damnati non possunt: nisi interdum permissi. ¶Sexta conclusio. †illi qui sunt in purgatorio etiã permittuntur exire receptaculum eorum ꝛ venire ad viuentes ante completã penitentiam ꝛ hoc ad suffragia expetẽda, ista ꝟclusio patet per multa que narrantur in. iiij. dialogoꝝ ꝛ in multis aliꝭ historijs. ¶Septima cõclusio. † Existentes etiã in limbo patrũ hoc modo dispensatiue exire potuerunt receptacula sua ꝛ vinctibus apparere: patet ista ꝟclusio ex illo xl Mat. xvij. vbi legiꝭ moyses cum helia apparuisse in transfiguratione domini. Exierunt etiam patres limbum amplius nunq̃ rediturі in resurrectione domini. ¶Octaua conclusio. † pueri in limbo non egrediuntur receptaculum eorum, patet conclusio. Tum q; sunt in termino. Tum q; egressus eorũ ad nihil proficeret vt pts. ¶Nona conclusio. †omnes mortui videtur ꝙ debeant exire receptacula sua ſm legem cõem ad tempus in die iudicij, ista conclusio satis pts ex illo apostoli omnes astabimus ante tribunal xpi. ¶His habitis dicendum est ad rationes in oppositum. Ad primuꝫ respondetur negando consequentiam. Et ratio est, quia dolor vel gaudium de hoc ꝙ talibus anima de putatur manet in aĩa, etiã qñ extra loca fuerit: sicut pontifici cui datur pro honore vt in cathedra sedeat in ecclesia: nõ minuitur gloria qñ a cathedra recedit, qz ꝛ si actu ibi nõ sedeat: locus tñ ille sibi deputatus est, ita cũ mortui exeunt ad tpus nõ minuit eoꝝ pena: vel gloria, q; sciũt se deputatos talibus locis ꝛ cito redituros ad ea. ¶Ad scam rñdet, ꝙ autoritates ille loquunt iuxta ꝟclusionẽ primã, ꝙ nullꝰ de paradiso aut de inferno egrediũ simplr nunq̃ regressurus: non ꝙ non egrediant ad tps. ¶Ad tertiã rñdetur eodem modo. ¶Ad quartã respondetur, ꝙ augustinus loquitur scõm cursum nature cõem, non negat quin scõm cursum mirabilem vel diuine dispensationis sicut pts ex. c. presenti. Concordat sanctus Thomas ꝛ petrus de tharatanlia. Lege. ¶Fatendum ne-

Hzegorius.

Scõa cõclu.

Tertia ꝟclu.

Quarta cõclusio.

Quinta cõclusio.

Sexta conclusio.

Hzegorius.

Sctus Th.

Ad. j. arg.

Ad scõm.

Ad tertiuꝫ.

Primũ ar.

Secũdũ ar.

Tertiũ arg. Quartũ ar.

Opponit in contrarium. Rñdet.

Prima cõclusio.

Augusti.

Secũda conclusio.

S. Thom.

Quarta conclusio.

Hierony.

Quinta cõclusio.

Ad secũduꝫ.

Ad tertiuꝫ. Ad quartuꝫ

Exponit literam.

scire] scilicet cognitione naturali: sed bene aliꝭ modis: sicut infra exponit aliquos modos, primus est per relationem eorum: qui ad eos moriendo pergunt non quidem tamen oĩa sed illa quorum illi memoriã retinent: ꝛ que ad illos spectãt: quibus talia indicant. ¶Scõs modus est per reuelationem angelorum siue bonorũ siue malorũ: ibi cum dicit: possunt et ab angelis ꝛc. ꝛ tamen non omnia, sed illa que iudicanda disponit ꝛ permittit deus cui omnia subiecta sunt. ¶Tertius modus est per appartionem mortuorum ꝟsus, ꝛ hoc fit possibile scilicet quod mortui egrediantur de receptaculis suis: ꝛ veniant ad viuos. probat arguendo a minore ad maius, qz minus videtur quod homo mortalis rapiatur in celum: ꝙ ꝙ spiritus defuncti veniret ad viuos in hoc seculo.

Dehis autem.

S. est: in quo incipit xij. pars huius que stionis secundũ Jo. de. ꝛ Archi. in quo adiungit hic magister gratianus incidẽter aliã questionẽ. Scs vtrũ lusꝑsi in patibulis debeãt sepeliri iuxta ecclesias. Et ꝙ sic si penituerint. inducit ad hoc capla sequentia.

1 ☞Suspensis in patibulo pro suis sceleribus si vere penitearant: non est neganda communio: nec ecclesiastica sepultura.

2 Corpus christi an liberet suspendendum.

Quesitum est.

Hoc capitulũ sumptũ est ex concilio magunti. Summa est, †ꝙ suspensis in patibulo, pro suis sceleribus si vere penitearent de peccatis suis non est neganda communio: nec ecclesiastica sepultura. Et dividitur in duas partes. In prima ponitur consultatio. In secunda responsio, secunda ibi: quibus respondemus. Lege. ¶[Quesitum respondemus]secunda pars. [communio]sacramentorum. Wa. [secundum precepta canonũ]vt di. l. penitentes. ꝛ. xxvj. q. vj. qui recedunt. ꝛ. c. his qui. [cur ꝛc.]quasi diceret non est aliqua ratio prohibitionis. Scriptũ est enim, scilicet Mat. i. c. ꝛ. lxxxi. dist. presbyter. [iudicabit]perfecte ꝛ sufficienter. Ex quo enim peccatum semel punitum est: non punitus a deo iterum, dicit autẽ Augu. ꝛ gl. ꝙ tales sepelientur dum tamen hoc fiat de autoritate principis. ff. de cadaueribus punitorũ. l. ij. Et tantum de ista questione nunc. supra circa. c. nullus locuti sumus de multiplici genere hominum quibus interdicta est sepultura. ¶Ceterum dicit Augu. ꝛ glo. ꝙ hic solet queri. † vtrum corpus christi liberet suspendẽdum sicut ecclesia liberat eum: ꝛ quẽlibet fugientem ad eam pꝛeter publicum latronem. Et videtur ꝙ sic. ¶Primo qz nihil est maius siue dignius corpore Christi. de conse. di. ij. nihil. ꝛ. j. q. j. multi. ꝛ di. xcv. ecce. ¶In oppositum videtur: qz hoc priuilegium videtur soli ecclesie datũ: ꝛ non alteri: ꝛ ita non debet trahi ad consequentiam vt. xxvij. q. iij. sicut. ꝛ extra de priuile. sane. ¶Respondeo. hic videtur varius modus dicẽdi. Wa. ꝛ Lau. videntur dicere, ꝙ corpus Christi non liberat. Et ratio eorũ est triplex vna est iam dicta. ¶Secunda quia corpus christi est cibus anime: ꝛ non corporis. de conse. dist. ij. non iste. ergo tantum animam liberat: ꝛ non corpus, nec penas corporales remouet: sed anime. ¶Tertia est: qz non distinguitur vtrum fidelis sit: an infidelis qui ad ecclesiam confugit, quia quẽlibet defendit nisi publicum latronẽ: ꝛ noctur num depopulatoꝛem. vt extra de immu. eccle. inter. Sed in accipiendo corpus xpi distinguitur, non enĩ datur infidelibus. Et ideo dicit Lau. ſNon est mirũ si aliud ibi ꝛ aliud hic. Alij dicunt cõtra, ꝙ corpus xpi liberet, ar. di. v. ad eius. ꝛ. ff. de of. pꝛefec. vic. l. j. ſ. j. Sed istorũ varietas potest sic cõcordari: ꝙ primi loquantur de recipiente corpus xpi. Et ita verũ dicũt, scõi de confugiente ad corpus xpi. Et ita est verum. quoniaꝫ honoꝛ qui defertur ecclesie: maxime est ratione corporis xpi. Si ergo ecclesia liberat confugientes ad se: multomagis corpus christi: cuius respectu ecclesie est datum predictũ priuilegium: licet non sit statum ſm vincen. nihilominus talis fugitinus ad corpus xpi defendẽdus est per ecclesiam: vt dicit ar chi. quia corpori xpi aliqua res anteponi nõ debet. j. q. j. multi. cum ceteris. ſ. alle. ꝛ hoc probat fides mulieris fluxuꝫ sanguinis patientis: de qua xl Matt. ix. ꝛ. ſ. di. v. ad eius. Et hanc sententiam dicit Hosti. esse defendendam vſq; ad effusionem sanguinis: pꝛout ipse notat extra de cele. miſ. sane. Et ibi ponit Jo. and. super ver. apud omnes. ꝛ ibi loquitur de fugiente ad corpus christi: et non de recipiente. Et ponit rationem diuersitatis: quia corpus xpi recipientem captiuum inuenit ꝛ sic captiuũ dimittit: ne videatur omnino damnare iustitiã cum iuxta psalmistã iustus dominꝰ ꝛ iustitias dilexit ꝛ summum bonum sit iustitiam colere. q̃ quẽstione. ij. cum deno-

Diuisio.

Exponit literam.

Questio.

Primũ ar.

Opponit in contrarium.

Respondet.

Lauren.

Archidiac.

Hostiensis.

tissimam, fugientem vero quem liberum inuenit in libertate
conservat ꝛc. Joan. and.

f **Ures.** de furtis. c. ij. ibi videas si vis.

Jfur. de homici. c. ij. nec glo. nec Archid. tangunt ista capitula.

¶ Causa. xiiij.

Canonici. Hic incipit. xiiij. causa. Et continuatur sic ad superiora secundum Aug. Clerici quandoq; litigant pro spiritualibus: scilicet pro decimis: primitijs: ⁊ oblationibus: sepultura: ⁊ huiusmodi, quandoq; litigant pro tẽporalibus ecclesiasticis. Et quia spiritualia sunt dignioza tẽporalibus: ideo primo scilicet in superiori causa introduxit clericos litigantes de spiritualibus scilicet decimis ꝛc. Hunc autem in hac causa introducit clericos litigantes de temporalibus ecclesiasticis: ostendens qualiter clerici liceat repetere sua: ⁊ testes de ecclesia sua producere: adiungit etiam turpi questu clericis interdictor: ⁊ de usuris a nullo exigendis: ⁊ de eleemosynis de male acquisito non faciendis: ⁊ ꝙ penitentia de usuris non agitur nisi restituantur. Vt autem ad hec pertractanda magister competentius descendat thema premittit ⁊ inde questiones elicit dicens canonici.

Estimatio.

2 ¶ Repetere sua in iudicio de se non est peccatum.
Potest tamen esse illicitum quadrupliciter. nu. 3.
5 Perfectis qui renuntiauerunt propijs nõ licet repetere pro quibuscunq; rebus tanquã propijs.
Et quid si habent bona in cõmuni. nu. 6.
7 Religiosi qui ad studia de licentia suorum prelatorum sunt deputati: possunt repetere sibi commissa.
8 Clerici ⁊ prelati possunt repetere sua vt propria.
Et quid si sint rectores. nu. 9.
11 Tẽporalia an sint dimittenda propter scandalum.

Quod autem. Hic intitulatur prima questio: scilicet an clerici possint repetere sua in hoc capitulo. ⁊ in sequẽti vsq; ad. ꝟ. his itaq; Respondetur. inducit multas autoritates pro parte negatiua. Verum pro pleniori intelligentia questionis presentis. Queruntur quatuor.

1 ¶ Primum est vtrum liceat alicui sua repetere.
4 ¶ Secundum est verum licitum sit clericis siue perfectis sua repetere.
10 ¶ Tertium est vtrum licitum sit imperfectis sua repetere.
12 ¶ Quartum est vtrum licitum sit omnia repetere.

Primum arg. **Ad primum** sic proceditur. Et videtur † ꝙ non sit licitum alicui sua repetere maxime in iudicio per autoritates inductas in litera. Item arguitur ex illo Luce. vj. Qui aufert que tua sunt ne repetas: ⁊ qui aufert tunicam ⁊ vestimenta noli prohibere.

Opponit in contrarium.

¶ Jn oppositum arguitur ex illo apostoli. j. cor. vj. omnia mihi licẽt: sed non omnia expediunt. ⁊ dicit ibi glo. ꝙ licebat apostolo sumptus repetere: sed non expediebat, sed licitum est quod nullo iure prohibetur a domino.

Rñdet.

Prima conclusio.

¶ Respondeo sub certis conclusionibus.

2 Prima est † ꝙ repetere sua in iudicio de se non est peccatum. Jsta conclusio probatur primo sic, quia peccatum est vt dicit Ambro. nisi inobedientia celestium mandatorum, sed hoc nullo celesti mandato inuenitur prohibitum: vt patet ex predicta autoritate Pauli. j. ad cor. vj. ergo conclusio vera.

¶ Secundo sic, illud non est peccatum: quod lege diuina ⁊ recta ratione est statutum hoc est manifestum. Sed lex diuina statuit ⁊ recta ratio quod in republica sint iudices: ad quos confugiant partes: sicut ad iustitiam animatam: vt dicit philosophus. v. ethicorum. Statuit lex diuina iudices qui oppressos subleuent: ⁊ opprimentes reprimant: ⁊ iudicent in veritate. Exodi. xviij. ⁊. xxj. ⁊ Esa. j. Querite iudicium ⁊ subuenite oppresso: iudicate pupillo: ⁊ defendite viduam, ergo repetere sua in iudicio non est peccatum.

a ¶ A competenti iudice. iudex cõpetens quis dicatur. Vide car. in. c. ij. in iij. q. vt lite a pendẽ. ubi glo.

¶ Tertio illud non est peccatum dicendũ: per quod iustitia que preclarissima est virtutũ. v. ethicor. saluat: ⁊ reseruatur: ⁊ fine quo ipsa perijt: ⁊ in quitas cresçit. Sed per repetere sua in iudicio seruatur iustitia: quia redditur leso quod suum est: auferturque iniquitas qua res aliena detinetur. ergo ꝛc.

¶ Quarto sic, repetens repetendo etiam sua in iudicio a competenti iudice[a] vtitur iure suo repetendo: ⁊ sic nulli facit iniuriam imo agit bonum cohibendo eum: qui aliena retinet: ne retinẽdo amplius peccet ergo repetere etiam sua in iudicio nõ est peccatum.

Scõa cõclo.

3 ¶ Quinto sic, illud non est dicendum illicitum: per quod tollitur multis in re publica occasio male agendi: quibus preberetur via male agendi: si non liceret sua repetere in iudicio. patet. quoniam per hoc remouetur scandalum populi: qui de tali iniustitia merito scãdalizaretur. remouetur etiã materia perturbationis totius reipublice: si cuilibet liceret retinere aliena ergo repetere bona sua in iudicio nõ est malum: imo bonũ.

¶ Secunda conclusio † repetere sua in iudicio ex defectu alicuius circunstantie debite sicut ⁊ cetera bona ex genere est illicitum quod potest contingere quadrupliciter. primo si ad alienum ⁊ indebitum iudicem recurrat: tunc enim iniuriatur debito si ue competenti iudici, iniuriatur etiam detentori quem fecit vexari indebite. quia ab illo qui non debet nec habet autoritatem supra ⁊ isto modo apostolus. j. ad cor. vj. habentes iudices in ecclesia recurrendo ad infideles culpat: ⁊ dicit delictum esse debere magis pati iniuriam.

Ad primum argu.

¶ Secundo si fallaciter ⁊ calumniose in iudicio procedendo defraudando iudicem: vel bonis corumpendo. secundum illud esa. x. vt opprimerẽt pauperem: ⁊ vim facerent cause humilium: quod repreҳdit apostolus vbi dicens. Sed vos iniuriam facitis ⁊ fraudatis.

Ad secundũ Augustin⁹.

¶ Tertio modo si turbato animo ex ira ⁊ commotione ac per inordinatũ affectum contentiose ⁊ ita cum detrimento pacis quia vt dicitur Jacobi. j. vbi zelus et contentio ibi inconstantia ⁊ eius opus prauũ. ⁊ hoc videtur in eis apostolus reprehendere in loco superiori cum ait frater cum fratre in iudicio ꝛtendit.

Ad tertiu

¶ Quarto ex auaritia qua magis vult cum iactura proximi habere sua ꝙ proximũ bene esse habere.

Ad quartũ

¶ His habitis patet responsio ad autoritates in contrariũ.

Ad primum que est mat. ꝛ. Si vis ꝛc. Respondeꝯ ꝙ hoc non probat ꝙ sit illicitum secundũ se repetere sua in iudicio. Bene autẽ his qui renuntiauerunt propijs de quibus tamẽ dicetur in sco articulo.

Ad secundum

¶ Ad scam de luce. vj. Si quis voluerit. Dicendum ꝙ iste autoritates non sunt ad literam obseruande scõm Augustinum libro de sermone domini in mõte sed in preparatione animi. quia homo debet animum preparatum ad sustinendum ablationẽ tunice ⁊ palli[ũ] anteꝙ[ã] suscitaret scandalum: vel aliquid contra charitatem ageret: nõ autem in casu in quo ex permissione tali nutriretur rapiens in malitia sua: imo in tali casu nõ esset bonum sustinere nisi propter scandalum vel aliud maius malum euitandum.

Ad tertiu

¶ Ad tertiam que est apostoli. j. ad cor. vj. Respondetur ꝙ ipse nõ reprehendit simpliciter repetitionem suorum: sed repetitionem q̃ fit vel cozã iudicib⁹ infidelib⁹: vel q̃ fit fraudulenter et dolose: vel ex ira ⁊ zelo malo: vl ex cupiditate ⁊ auaritia sicut expositus est.

Ad quartũ

¶ Ad quartam que est gregorij. Respondetur quod autoritatis illius sententia est: quod non est aliquid faciendum cum offensa aut iniuria proximi repetendo autem sua cum debitis circunstantijs nec fit offensa ac iniuria proximo.

Ad quintus

¶ Ad quintus de illo Luc. vj. Qui aufert que tua sunt non repetas. Respondet: quod ista precepta non sunt seruanda in exhibitiõe operis: sed in preparatione animi. vnde sanctus Thomas in questionibus de virtutibus questione. iij. arg. ij. Respondendo ad decimum sextum arg. dicit sic. Non repetere sua est preceptum secundum quod intelligitur in preparatione animi vt Augustinus exponit. tenetur enim homo paratus esse sua non repetere in casu: in quo hoc exigeret necessitas fidei vel charitatis. Jn quo etiã casu sua dare de nouo tenetur: sed quod vltra hunc casum homo sua non repetat potest esse consilium debitis circunstantijs seruatis: sicut ⁊ consilium est quod homo det sua quibus debet: et quando debet. hec sanctus Thomas. idem in secunda secũde questione. xxiij. ar. viij. Concor. magister nicolaus de lyra super luc. vbi exponens predictam autoritatem sic dicit. nõ repetas scilicet in iudicio ⁊ hoc intelligendum est secundum preparationem animi sicut dictum est de offerente vestimentum: vt in responsione ad primam aut oritatem. Concor. etiam Alexander de halis in tertio.

4 **Ad secundũ** sic proceditur. † Et videtur ꝙ non liceat clericis siue perfectis sua repetere. primo sic mat. xix. dicitur. Si vis perfectus esse: vade vende oĩa que habes: ⁊ da pauperibus. Sed quibus non licet aliquid possidere: non licet aliqua repetere ergo perfectis non licet ꝛc.

Secũdũ argumẽtũ.

¶ Secundo idem arguitur de clericis quibus secundum antiquos canones nõ licet habere proprium.

Tertium ar.

¶ Tertio arguit idẽ ex. c. episcopus. j. eo. vbi prohibet ne eps litiget in iudicio, pro temporalibus.

Opponit in contrarium

¶ In oppositũ est illud apostoli. Qui perfectus erat prima. ad cor. vj. vbi dicit. omnia mihi licent: sed non omnia expediunt. vbi dicit glosa. quod liceat a populo sumptus repetere.

Rñdet.

¶ Respondeo dicendum sub certis conclusionibus. vt materia clarius elucidetur. Supponimus

ponimus in primis quod sermo sit de perfectis secundus qõ dicuntur a statu perfectionis cuiusmodi sunt prelati ⁊ religiosi. Sit ergo ista 2clusio. † Perfectis qui renuntiauerunt ppr̃ijs non licet repetere pro quibuscũq; rebus tanq̃ ppr̃ijs.

Prima cõclusio.

5

Secũda conclusio.

6 Jsta 2clusio ptz rõne posita. in prin. ¶ Scõa 2clo. † Perfectis qui habẽt aliqua in cõi licet repetere bona cõitatis: ⁊ litigare in iudicio pro eis debitis circũstantijs obseruatis: maxime illis qui curã habent cõitatis vel alijs ex eox mãdato ptz cõclo. q: talibus cõpetit cõseruare ⁊ defendere bona cõitatis 2tra quoscũq; detentores. Jn hoc enĩ vt dicit sanctus Tho. super eplam ad cox. non peccãt sed magis merenť. Est enim op⁹ charitatis defendere vel recuperare res pauperũ ſm illõ ps̃. Eripite pauperẽ ⁊ egenũ de manu peccatoris liberate.

S. Thom.

•ps̃. lxxxj. a.

Alex. de ha.

hec enĩ cõclusio videť determinata per Jnno. iij. extra de iudic. cũ deputati. Patet etiã cõclusio. quã ex hoc sequitur triplex bonũ cõe: vt dicit magister Alex. de halis. Primũ est refrenatio malorũ ſm quã etiã cõsulitur malis. Si enĩ auferat ius repetendi dareť occasio malis rapiendi. Job. xix. Contenebrã molas iniqui: ⁊ de ventib⁹ illius auferebã predã. ¶ Secundũ est vnitas ⁊ pax ecclie que dissipareť: si nõ liceret sua repetere. ¶ Scõm bonũ est cõsolatio infirmorũ quibus data sunt tpalia non solũ ad sustentationẽ sed etiam ad cõsolationem. canti. ij. Mena eius sub capite me: ⁊ dextera eius amplexabit̃ me: qui desperarẽt si ablata repetere nõ liceret. Jntuitu ergo boni cõis: licet perfectis quibus cõmissa est administratio bonorũ cõitatis vel alijs de mandato prelati. xvi. q. j. monachi repetere sua vt alterius vnde ⁊ clerici non repetunt sua nomine suo sed pauperũ. nec monachus nisi nõe congregationis vel ecclesie.

Quarta conclusio.

7 ¶ Tertia 2clo. † Religiosis qui ad studia de licentia suorũ prelatorũ sunt deputati licet repetere sibi commissa. ptz conclusio. q: dando sibi licentiã prelatus vidĕtur sibi dare: ⁊ concedere: ꝙ possit emere: ⁊ vendere: ⁊ contrahere in his omnibus: que sunt necessaria ad vite ⁊ studij subsidium: ⁊ pro his omnibus stare in iudicio agendo: vel respondendo ſm Aug. Religiosi vero: qui omnibus renuntiauerunt in cõi ⁊ in singulari cum non habeant proprietatẽ rerum: sed vsum tantũ non possunt repetere nisi hoc illius fieret apud quem residet proprietas rerum vt eorum congregatio possit vsus habere.

Quinta cõclusio.

8 ¶ Quarta cõclusio. † Clerici ⁊ prelati quibus non prohibetur habere ppriũ licitus est repetere sua vt propria. Jsta conclusio ptz ex dictis supra in questione superiori debitis tamẽ circunstantijs obseruatis.

9 ¶ Quinta cõclusio. † Clericis ⁊ prelatis ⁊ reipublice rectorib⁹ quibus bona cõia cõmissa sunt ad conseruandũ: ⁊ defendendũ licitũ est repetere in iudicio. ⁊ pro eis litigare debitis circũstantijs obseruatis. Jsta cõclusio patet ex scõa conclusione etiã non obstante scandalo: si aliter habere non põt: q: hoc ex officio sibi incumbit custodire ⁊ defendere: quorũ administrationẽ suscepit. vnde peccaret in cõitatẽ illam: si illius cõitatis bona non repeteret: q: vt dicit Ambro. ad valentinianũ imperatorem ⁊ ad plebem de basilicis non reddendis pro talibus bonis ecclesie que fuscepit cõmendata paratus erat mori ⁊ immolari.

Ambro.

Augusti.

Sic etiam beatus Thomas cantuarien. martyr est effectus verum quia aliqui heretici fuerunt contra hanc conclusionẽ: inducemus contra eos aliqua alia testimonia ex quibus con clusio est manifesta. Et primo patet ex illo quod dicit Augu. contra bonifaciũ ⁊ ponitur. xxiij. q. iij. c. maximus quia maximus epũs magũtinus auxilius petit ab imperatore xpiano contra hostes ecclesie: ⁊ non tam sui vlciscendi causa: ꝙ tuende ecclesie sibi credite. quod si pretermisisset non eius laudanda fuisset patientia: sed negligentia merito inculpãda. ¶ Secũdo ptz ex eo: ꝙ nicola⁹ papa precepit archiepo Treuerẽn. eiusdẽq; ecclesie filijs: vt spũali simul ⁊ temporali gladio tandiu occupatores possessionũ ⁊ rerũ ipsius ecclie occupare insequeretur: eosdẽq; fautores quousq; cum integritate possessiones ⁊ res alie ecclesie occupate fuerint reuocate. xv. q. vj. c. autoritate. quod nõ fecisset: si hoc prelatis ecclesiasticis qui sunt in statu perfectionis ⁊ altiori modo ꝙ religiosi licitum non fuisset. Ad hoc etiã facit. extra de sen. ex. c. dilecto. lib. vj. ⁊ de resti. spo. cũ olim. tertio patet 2clo ex concilio grangensi. vbi statutũ est, ꝙ si quis oblata deo dederit: vel acceperit preter epi consensum: qui a deo institutus est: ⁊ qui dat ⁊ qui accipit anathema sit. ⁊ sequitur iniquũ esse censemus: vt potius custodes chartarũ ꝙ defensores rerũ creditarũ vt predictum est inducemus. xvj. q. j. in canonibus. ¶ His habitis ptz responsio ad rationes in oppositũ. Ad primũ respondeť ꝙ renuntiantibus propr̃ijs non licet repetere aliqua vt propria.

Ad primus arg.

Ad secũdũ.

Ad tertius.

¶ Ad sco3 rñdetur ꝙ clerici seculares possunt habere ppriũ: vt. ꝛ. ꝟ. q. j. est declaratũ. Et responsum est ad canones antiquos: qui videbantur sonare contrarium. ¶ Ad tertium respondetur: ꝙ prohibetur episcopo litigare in iudicio pro tẽpozalibus: scilicet iniuste ⁊ ex auaritia aut iniusto modo aut cum iniuria proximi. Non autem prohibetur ei repetere bona temporalia causa recuperandi bona: quorum est administrator.

10 **Ad tertiũ** sic proceditur, Et videtur. † ꝙ nõ sit licitum imperfectis sua repetere. primo sic. j. ad cor. xiij. dicitur. Charitas nõ querit que sua sunt. gl. charitas nõ repetit ablata. ergo nullus habens charitatem potest repetere. ¶ Scõo sic dicit gregorius. Cum pro re temporali pax a corde cum proximo scindit: apparet ꝙ plus res q̃ proximus amatur. ¶ Tertio dicit Apostolus. j. ad cor. vij. Si esca scandalizat fratrẽ meũ: non manducabo carnẽ in eternum. ergo vbi immineret scandalum proximi non liceret repetere. ¶ Quarto opera misericordie que sunt in precepto tenemur dimittere ppter scãdalũ. ergo ẽt repetere cũ nõ sit in ꝓcepto. Licet enĩ cuilibet renũtiare iuri suo. ¶ Jn oppositum est illud superius allegatum. j. ad cor. vj. Omnia mihi licent: sed non oia expediunt. ⁊ exponitur de repetitione suox. ergo licitus est cuilibet repetere sua. ¶ Rñdeo dicendũ ad istã cõclusionem satis ex superioribus apparet rñsio. Dicimus ergo, ꝙ est repetere sua: sc̃z ex cupiditate ⁊ cum scandalo atq; iniuria proximi. ⁊ tũc est 2clo, ꝙ nulli licet hoc mõ repetere sua. Et hoc modo intelligiť illũ apostoli. i. ad cor. xiij. Charitas enĩ non repetit ablata in iudicio cũ scandalo. q: magis amat salutem proximi: ꝙ pecuniã ſm illud ad phil. vlt. nõ quero data sed requiro fructũ abundantẽ in iustitia vr̃a. Et ad hoc referť etiã authoritas inducta gregorij. Jtẽ est repetere zelo iustitie ⁊ hoc modo est 2clusio ꝙ licitũ est cuilibet habẽti ppriũ repetere sua. Hoc ergo ptz ex supradictis. pz etiã ex illo gregorij non solũ cura debet esse ne nostra subtrahant: sed ne rapientes non sua semetipsos perdãt. Est iterũ repetere timore casus. ne sc̃z ppter paupertatẽ ⁊ indigentias ruãt hoĩes in peccatũ et ſm hoc est 3clo. ꝙ licet infirmis maxime repetere sua ne sc̃z egestate cõpulsi furenť: ⁊ periurẽt nomẽ dei sui. pro uer. xxx. ¶ His habitis dicendũ est ad rationes in oppositũ. Ad primas duas iam ptz rñsio. Ad tertiã de scandalo iuxta Alexandrũ de halis rñdeturꝫ est scãdalũ actiuũ qd dicitur dictum vel factum minus rectum prestans occasionem alteri ruine. ⁊ est scandalum passiuum. Illud autẽ quod dicit apostolus intelligitur de scandalo actiuo scilicet faciendo: vel dicendo aliquid minus rectum. ammoto ergo scandalo actiuo non tenemur non repetere propter scandalum passiuum. hoc est q̃ius scandalizetur ille: a quo repetitur. vnde illa autoritas que consueuit allegari quantum potes fine peccato vitare scandalum proximi debes. intelligitur salua triplici veritate. scilicet doctrine: vite: ⁊ iustitie. Non esset autem salua veritas iustitie: si auferretur repetitio. hec Alexander. Sanctus vero Thomas in secunda secunde questione. xxiij. arg. vlti. vbi querit. † Utrum propter scandalum sint temporalia dimittenda. dicit sic. Temporalia vero quorum nos sumus domini: dimittere tribuẽdo ea si penes nos ea habemus vel nõ repetendo si apud alios sint propter scandalum: quandoq; quidem debemus: quãdoq; non. Si enim scandalum ex hoc oriatur propter ignoratiam vel infirmitatem aliorum: quod est scandalum pusillorum: tunc vel totaliter dimittenda sunt temporalia: vel aliter scandalum sedandum: scilicet per aliquam admonitionem. vnde Augustinus dicit in libro de verbis domini in monte. oandum est quod nec tibi nec alijs noceat quãtum ab homine credi potest: et cum negaueris quod petit iudicanda est ei iustitia: et melius ei aliquid dabis cum petentem iniuste coerceris. Aliquando vero scandalum nascitur ex malitia: quod est scandalum phariseorum. et propter eos qui sic scandalizantur non sunt temporalia dimittenda. quia hoc etiam noceret bono cõmuni. Waretur enim malis occasio rapiendi. vnde beatus Thomas cauturiẽ. repetũt res ecclesie cum scãdalo regis. Hec sanctus Thomas.

Primũ ar.

Scõm arg.

Tertium ar.

Quartũ ar.

Opponit in contrarium.

Rñdet.

Ad argumẽta. Alex. de ha.

Sanctus Thomas.

Augustin⁹

Ad quartus

¶ Ad quartum respondetur negando assumptum. quia opera misericordie nõ sunt simpliciter dimittenda ppter scandalum quãuis deferenda quandoq;.

12 **Ad quartũ** sic proceditur. † Et videtur quod licitum non sit omnia repetere. Primo quia videtur quod superflua non sunt repetẽda. Superfluum enim est alienum: quia indigentis. ergo cum alienum non liceat repetere nec superfluum. Respondetur iuxta Alexandrum de halis. sub ista conclusione, quod tam de necessario ꝙ de superfluo competit repetitio scõm modum qui dictus est. sed in hoc est differentia quia post repetitionem non teneris necessarium dispensare indigenti: sed superfluum teneris. potest ergo superfluum repeti ad dispensandum: sed non ad retinendum. Et secundum hunc modum superfluum est alienum ⁊ est tuum. alienum ad retinendũ: tuum ad

Rñdet. Alex. de ha.

dispensandū. ℣Nec ille. Verū circa prelatos ab aliis fit hec distinctio circa bona propria. aut sunt necessaria ad sui ⁊ suorū sustentationē: ⁊ sic cum prelatus plus teneatur se diligere ꝙ alios: potest ea repetere in iudicio. Si vero sint bona supflua scz sine quibus ipe ⁊ sui possunt sustentari tunc, est tenenda regula beati Augu. quā ponit in glo. j. ad cor. vj. vbi dicit. Dicendū est hic quid liceat perfectis ⁊ quid nō ⁊ quid infirmis vel non perfectis. igitur licet repetere sua simpliciter sine cā: sine lite: sine iudicio: sed non cōuenit eis mouere causam ante iudicē: scz in propria persona: vt in. c. sequēti. infirmo vero licet repetere sua mouendo causam ante iudicē: ⁊ iudiciū habendo contra fratrem licet nō cōtētiose: sed fraudulēter: nec apud infideles iudices. Lege tex. ¶[Quod aūt in euāgelio] mat. v. [non licet eis repetere] scz aliqua tanꝙ sua: sed bene ea que sunt cōtatis: scz sue administrationi sunt cōmissa aut de mādato sui superioris: sicut in superioribus est declaratū. [Ité si quis] luce. vj. expositū est in prima questione. talia eīm precepta non sunt obseruanda semper in exhibitione operis sed in preparatione animi sicut ⁊ illud. Si quis percusserit te in vna maxilla: prebe ei ⁊ alterā. Hoc eīm vt dicit Aug. ad literam non intelligit obseruandū. ꝓps eīm percussus in maxillam non prebuit alterā: vt iterū percuteret. imo percutienti ait mat. xxvj. Si veritatē dico: cur me cedis. Et paulus act. xxiij. percussus maxillā nō prebuit aliam: imo percutiēti ait ℣Percutiat te deus paries dealbate, quib⁹ datur intelligi hoc ad literā non seruandū: sed in preparatione animi: vt anteꝙ percussus per impatientiā resistat malo: sit paratus maiora pati. [Ité apls in epla sua. ad cor⁹. j. ad cor. vj. [secularia] talis litera non est apud nos in translatione nostra, nec in illa ꝓ hibet secularia iudicia, qz tunc frustra iudices essent a deo cōstituti. sed dicit ꝙ si iudicia secularia fuerint inter ꝓtemptibiles sint deputandi ad illa, ⁊ maiores ad maiora. Culpat etiaꝫ existentibus iudicibus fidelibus recurrētes ad infideles [gregozius sub nalliusꝫ scz rei volo redigi ptātem, vt amoꝛe eius fratrem offendā, tunc eīm res super nos ōiium habet, cū eius amoꝛem amoꝛi ꝓximi ꝓponimus. Et ad hoc consonat ex positio gregoꝛij dicētis [cū meus ⁊c. desyderia] exponit ℣Hu. carnalia, nō videt nobis intelligendū tantum de carnali, sed de omni desyderio intelligitur sine carnali siue spirituali.

Exponit literam.

Discopus. Addidē inducit hoc. c. sum ptū ex scilio carthagineñ. Sūma est nec rubꝛo. Lege. ¶[Ēps nec puocatus] quasi diceret nec aliū pouocare debet. ℣Hu. nec ipse puocat⁹, scz ab alio ad iudiciū vocatus. ℣Hu. [litiget] cū scandalo suo, vel aduersarij, vel iniuste, vel fraudulenter, sicut expositū est in. c. precedenti, vel non litiget in propria persona. sed ds habere pcuratoꝛē in omni causa excepta criminali. vt. v. q. iij. qz ℣Hu. vtraqꝫ expositio est congrua siue intelligaī de rebus ꝓprijs, siue ecclesiasticis. ℣Hu. ⁊ Archi.

Exponit literam. Contra gratianum.

Quia ergo. ſ. est in quo gratianus concludit ex preallegatis, qclericis nō liceat repetere sua ⁊ postea nititur respondere allegatis. Et primo sic [ꝙ prohibeī perfectis in iudicio stare captādo lucrū ⁊c.] hec solutio non valet, qz clerici possunt stare in iudicio captando lucrū vel vitando damnū. Captando lucrū dico sibi, vt ecclie nisi sint tales q nihil possint lucrari vel acqrere sibi vel ecclie. ℣Hu. [vel aliter.] ista solutio est melioꝛ. ℣Hu. ⁊ Archi. [canonici ⁊c. non vt suis ⁊c.] xij. q. j. res. ⁊. c. nulli. ſ. si ergo. ⁊. c. vlt. xij. q. ij. sine exceptione. ℣Hu. ⁊ Archi. [ad dispensandus]. xij. q. j. expedit. ℣Hu. ⁊ Archi. [Subintelligēdum est vt nō sibi] hoc qō gratianus dicit nō est verū. qz stare possunt in iudicio ⁊ pro suis negotijs, ⁊ pro negotio ecclie ⁊ miserabiliū personarū. Sed forte gratianus intelligit de clericis, qui abrenuntiauerūt propꝛijs. Et videt ita quia loquit de perfectis a statu perfectiōis, in quo religiosi ⁊ prelati esse dicuntur, licet differenter [nō sibi] id est non pro se, id est non pro sua vtilitate. ℣Hug. [illud vero euangelij] Luce. vj. [ego: bitantis] supra dixim⁹ hoc nō esse intelligendū preceptū: nec exhortatio quo ad opus: cū nullus sanctoꝝ nec paulus nec ꝓps hui⁹ exhortationis reliquerit exemplū. Sed Aug. dicit. hoc preceptum esse ꝙtum ad animi preparationem. vt. s. diximus.

Diuisio.

Quod debetur. Addidē principale ꝓpositū inducit hoc capm qō est beati Augustini contra faustū. Sūma est. Qui quod sibi debetur repetit non peccat, potest tamen quis remittere alteri quod ei debet. Et diuiditur in tres partes. In prima dicit quod dictum est. In secunda ostendit qō peccat: qui petit vltra debitum. In tertia qō plus longe est a peccato qui debita non petit. secūda ibi: peccat autem. tertia ibi: sed tu longe. Lege tex. ¶[Quod debetur remittitur] potest enim quis remittere alteri: quod ei debet. Sic enim rex ille de benignitate ⁊ misericordia laudatur quia debitori omne debitū dimisit. ℣Matthei. xviij. [peccat] secūda pars [vltra] qui enim vltra debitum petit iniustus est quia petit nō suum: sed alienū. Unde peccat contra preceptū dei. exodi. xx. ſſō cōcupisces rem proximi tui. [id eoque lex] scilicet exodi. xxj. Oculum pro oculo ⁊c. ⁊ Leuiti. xxiij. et deutero. xix. [Sed tu.] tertia pars. [exactoris.] id est vltra debitum exigētis. [Bon⁹ magister.] id est christus. qui ait ℣Joā. xiij. Vos vocatis me magister ⁊ domine: et bene dicitis. Sum etenim. et ℣Matthei. xix. dicitur. magister bone quid faciēdo vitam eternam possidebo. [℣Ad illam.] hoc enim iam declaratū est supra qualiter intelligendū: nō quo ad operis exhibitionē: ſſ quo ad animi ꝓparationē [presertim]. scz hoc eo agere debemus. s. remittere debita: ne nos cogamur reddere debitum [ab eo.] scilicet deo. qui nullum habet debitum. ℣Hic innuit historiam ℣Matthei. xviij. de seruo qui, qz noluit remittere parum debitum cōserui sui: iussus est tradi in carcerem vsquequo redderet vniuersum debitum' suum.

Exponit literam. Contra gloss.

Sic et cetera. ſ. est: vt dicit ℣Hug. ⁊ gl. ¶[Le tera] in primo. ſ. introducat [accipietis] scilicet ꝙ omnia sunt ꝓfilij: sicut et istud. Si quis te percusserit vt dicit glo. Sed glo. hic non videtur dicere verū quoniam illud si quis te percusserit ⁊c. quia hoc in exhibitione operis: nec est consilij nec precepti. patet quia nullus sanctorum nec christus illud de facto obseruauit: ⁊ tamen cū ea que sunt consilij sicut perfectionis aliquis sanctorum ⁊ magis me perfectiōis magister obseruasset: bene tamen est preceptū quo ad ꝓparationē animi: vt sepenumero dictū est.

Exponit literam.

Quisquis. quia facta fuerat mētio supra cēdo, quod illud quod clerici nō possunt sua repetere non esset preceptum: sed consilium. magister gratianus inducit que differentia sit inter preceptum ⁊ consilium. Et ad hoc inducit duo capitula quorum primum est hoc: quod est beati Augustini in libro de sermone domini in mōte. et est breue. Summa est in rubꝛo. Lege tex. ¶[Quisqs preceptis] scilicet iustis :⁊ licitis [non obtemperat reus est] et debitor pene ex transgressione precepti. sic primi parentes transgressores diuini preceptī: cum sua posteriozitate rei facti sunt ⁊ debitores pene mortis gen. ij. et numeri. xiiij. filij ſſrael qui non obedierunt voci domini puniti sunt: quia moꝛtui sunt in deserto: ⁊ non viderunt terram promissionis. Et nedum hoc intelligitur de preceptis domini: sed etiam de preceptis prelatorum et superiorum. vnde deutero. xvij. qō qui superbierit nolens obedire sacerdotis imperio: nec decreto iudicis moꝛietur homo ille. [non obedire peccatum est] hoc sequitur ex primo. Si enim non obediens reus est pene: nisi ex peccato sequitur. quod non obediens domini precepto peccet: ⁊ ita non obedire precepto est peccatum. vnde Ambꝛosius libꝛo de paradiso dicit. quod peccatum est inobedientia celestium mandatorum [consilio.] consilium est de meliori bono ℣Matthei. xix. Si vis perfectus esse ⁊c. et est voluntatis: non necessitatis: sicut preceptum ꝓpter quod omittens consilium non peccat: quia ad hoc non est obligatus de se: nisi voluerit. vnde apostolus hoc intendebat prima ad corin. vij. cum dicebat de virginibus preceptum non habeo: sed consilium do. qz virginitas non precipiatur sed consulitur. Et ista est volūtaria.

Ambꝛo.

Quod precipitur. Addidē est hoc capitulum qō est beati Hieronymi contra Jouinianum. ⁊ non Gregoꝛij sicut hic male intitulatur. Summa quod preceptum est de necessitate adimplendum consilium non. Breue est: ⁊ clarum.

Diuisio.

Exponit literam.

1 ☞Domestici presertim quibus impetrari potest ratione patrie vel domestice potestatis repelluntur tam in causa criminali quam in causa ciuili.

2 Casus in quibus domistici admitturtur ad testicandum.

¶Questio. ij.

Deo autem. Hic intitulatur qstio secunda scilicet: an liceat clericis ītroducere de ecclia sua siue de fratrib⁹ suis testes. Et diuidit in duas partes. In prima arguit quod non liceat de ecclesia aut de fratribus suis inducere testes. In secunda soluit. secunda ibi: sed si distinctio hec. Lege tex. ¶[De eo.] ſſlota circa hanc questionem licet supra. iij. questione. v. c. j. satis est dictum † domestici presertim quibus imp erari potest ratione patrie vel dominice potestatis repelluntur tam in causa criminali ꝙ ciuili: ⁊ ab hac generalitate † excipiūtur duo casus: vt dicit ℣Hug. ⁊ etiam glo. in quibus indifferēter admittuntur: scz in causa ecclesiastica ciuili. vt. j. ca. q. super. ⁊ in causa matrimonij coniungendi vel dirimēdi. vt. xxxv. q. vj. c. j. ⁊. ij. In questiōe ergo proposita qz hec est cā ecclesiastica ciuilis licite clerici de eadē ecclesia ꝓducūtur in testes quicunqꝫ agat nolle illius ecclesie: scz platus: siue subditus: siue quicunqꝫ alius de domo sua. vt. iij. q. v. c. j. ⁊. c. accusatores. vt testes [testari]. i. testificari. Imp⁹ prie eīm ꝓnit testari qō est testamentū condere. ℣Hu. [pro se vero minime]. vt. iij. q. iij. nullus idoneus. ℣Hu. [pro se ipsis] nō est verum: sed potius pro ecclia vel collegio patet ꝙ allegādo hoc dicitur nō statim subdit solutionē dicēs: sed districtio. ℣Hug. [in ciuilibus nō vsqꝫ]. i. non in quibuslibet: quia nō in ecclesiasticis: qz in ciuili ecclesiastica licet inducere testes de domo sua id est de familia ecclesie: etiam si cohabitent ⁊ sibi sint cōiuncti vinculo consanguinitatis: vel affinitatis.

1 ☞Domestici qui dicantur.

Exponit literam.

Super. Inducit hoc. c. qō est Paschalis papa qui dedit. Sūma est ꝙ in causa criminali domestici nō admittūtur ad testimoniū: sed in cā ciuili ecclesiastica bene ⁊ satis patet. Et diuidit in tres partes. In prima admiratio nem ponit. In scda ostendit qualiter. In tertia ex illa concludit. scda ibi: diuerse. tertia ibi: si ergo. Lege tex. ¶[Super admiramur] hoc dicit qz videbatur iste allegare ignoꝛātiam iuris ecclesiastici que in platis ꝺ nabilis. vt. j. q. i. vilissim⁹. ⁊. i. q. vij. cōuenientibus. ⁊ di. xxvij. ignoꝛātia. ⁊. c. si in laicis. ℣Hu. [acceptare]. i. acceptū accipere. ℣Hug. [noluerit] ⁊ male. vt. j. sequitur [diuerse] scda pars. [in canonibus]. iij. q. v. consanguinei. ⁊. c. cōstituimus. cum alijs pluribus similibus. [ne qui]. i. aliqui [domestici] † intelligūtur cōsanguinei: affines: familiares: mercenarij: vasalli: filij: serui: ⁊ generaliter iter dō mesticos[a] parētes habilitātes. Jlli ergo domestici repelluntur ex toto quibus imperari pōt ratiōe dīice: vel patrie potestatis. vt sunt serui filij familias. i. in potestate patris constituti. alij autē domestici possunt repelli: ⁊ possunt admitti. Judex ergo diligēter ds inquirere an sint tales: qui propter affectionem debeāt veritatē tacere: vel nō. ⁊ ita poterit eos repellere: vel admittere. ℣Hu. [assumātur] cōtra extraneos ꝓ illis quoꝝ sunt domestici. vt. iij. q. v. cōsanguinei. ⁊. c. accusatores vel testes. ℣Hu. [ceterū.] Inducit rōnem: ꝙ tales qui de ecclia sunt ⁊ res ecclie tractauerunt sunt magis idonei ad ferendū testimoniū in causis ecclie: ꝙ extranei. vt ēt colligit extra de testi. veniēs. in fi. [Si ergo] tertia pars cōcludit sed sicut in alijs literis ad eos missis: quibus tibi causam illam commisimus.

Exponit literam.

Potest. ſ. est: in quo ponit magī ſſanus: ⁊ solut aliter ꝙ superi⁹ dixerat: dicēs, ꝙ domestici nō admittūtur ad testimoniū ꝓ eo cuius sunt domestici. vñ supra dicti clerici nō admittunt ꝓ domesticis: sed ꝓ ecclia q̄ mater est pauperū ferūt testimoniū. vt. s. e. q. i. ſ. qz ergo. ℣Hu. ¶[In cōsiciendis] in fine huius qōnis quedā addit Gratianus mozē suo. ℣Hu. ⁊ dicit ꝙ pbri in cōtractib⁹ seculariū nō debēt ad testimoniū vocari: si tñ casu interfuerint iubēte epo testificari possunt. ⁊ inducit seq. c. ⁊ hec est scda pars qōnis.

1 ☞Inopia probationum alique persone recipiuntur ad testimonium: que alias non reciperentur.

2 Clericus potest cogi ad testimonium ferendum.

Diuisio.

Exponit literam.

¶ Septimo sic, aristoteles primo poli. c. viij. agit de duplici pecunia. s. necessaria siue economica: que prouenit ex fructibus siue ex animalib⁹ et nō de necessaria: siue crāsliua: q̄ ex ipso numismate per vsum translationis prouenit dicit q̄ hec scientia est iuste vituperata: et non est secūdū naturam et rationabiliter odio habet. Constat aūt q̄ aristoteles in hoc secutus est solam equitatem iuris naturalis. ergo concluso superius posita videlicet: q̄ accipere pro pecunia mutuata aliqđ plus ex pacto: aut intentione sit contra equitatem iuris naturalis.

¶ His habitis dicendū est ad rōes in oppositū. Ad primam negat q̄ nūc accipere vsuras nō opponat iustitie: imo oportet vt iam multipliciter est ostēsuꝫ. Et ad probationez cū dicit, q̄ non patit iniustū ab vsurario respondet q̄ boc est falsum, qꝛ licet non inferat lei violentiā absolutam: infert tamē ei violentiam quādā mistam. Nā necessitatem habenti recipere mutuū granem conditionē imponit: vt scilicet plus reddat q̄ sibi ptēt. Et est simile si qs alicui in necessitate constituto venderet rem aliquam multo amplius q̄ valeret: esset enim iniusta venditio sicut et vsura est iniusta mutuatio.

¶ Ad secundam respondetur negando consequentiam, licet enim alius obligetur ad idem faciendum: non tamen boc licite cādit in pacto, quia cū de ratione contractus mutui sit q̄ sit gratuitus nō potest obligationē adeq̄ntem ſm̄ pactionē exigere.

¶ Ad tertiam respondetur negando consequentiam. Et ratio est iuxta sanctuꝫ Tho. q̄ licet ille qui mutuū dat: possit absq̄ peccato pactum deducere cum eo qui mutuū accepit recompensationem damni per quod

tit. car. 3a. in clemen. exiui. §. porro. ō verbo. signi.

Ad primuꝫ argumentū.

Ad secūduꝫ.

Ad tertiuꝫ. S. Thom.

Ad quartū.

q̄ subtrabit sibi aliquid q̄ debet habere: nō tamen recōpensationē damni q̄ cōsyderat in boc: q̄ de pecunia nō lucref, qꝛ nō debet vendere id: q̄ nōdū habet. Et pōt multipliciter impediri ab habēdo.

¶ Ad quartū rūdet ad minorē, q̄ ille q dat pecuniā suā vsurario nō dat simpliciter volūtarius: sed quodā mō coactus, sicut dictū est. Et tantū de ista q̄stione.

Rūdet.

1 ☞ Clerici debent abstinere ab illicitis questibus et illicita negotiatione.

2 Questus indignus quis dicatur.

Diuisio.

Clerici. In fauorem eius q̄ dixerat: q̄ nec clericis nec laicis liceat vsuras exigere. inducit magister sequentia capitula. boc in primis. Et est gelasij pape scribentitis clericis etc.

1 Summa est in rubro. vel sic, ✝ clerici debēt abstinere ab illicitis questibus: et illicita negotiatione. Et pōt capitulū diuidi in duas partes. in prima dicit qđ dictū est. in secunda ponit penā depositionis cōtra cōtrariū facientes. secūda ibi: in quocunque vero gradu. Quia de ista materia an clerici possint licite implicari negotijs secularibus. 3. di. lxxxviij. sufficienter disputauimus, ideo nūc super sedemus ibi videas. etc. Lege.

Exponit literam.

¶ Clerici ab indignis] id est inbonestis, omnibus enim taz clericis quā laicis boc cōuenit ✝ indignus questus est ex vsura: ex furto: ex rapina: et huiusmodi [ab omni cuiuslibet negotiationis]. j. ad ti. j. Nemo militās deo implicat se negotijs secularibus, vnde bieronymus ad nepotianū scribit negotiatorē clericū tanquā pestem denita. vide dist. lxxxviij. vbi de boc diximus [cupiditate] qꝛ vt dicit apostolus. j. ad ti. vj. radix omnium malorū est cupiditas a qua longe debēt esse clerici: vt liberius diuino ministerio vacent. qua de causa filij leui non acceperunt partem possessionē inter alias tribus iosue. xiij. tribui leui non dedi possessionē: sed sacrificia [in quocūque] sēda pars [gradu etiā minime si cessare] videt ergo qđ nō debeant deponi si admoniti cessare volūt. Et pōt esse verum de alia negotiatione: vel de aliquo alio indigno questu: quā de vsura. de quo no. extra. de vsuris pterea. Illaz pro alia negotiatione aut indigno questu nō tantū pene datur clericis vt statim debeāt deponi. non enim ad primā offensam est deponēdus clericus. ar. di. xiij. c. vlti. ſm bu. vel dic si volunt cessare potest cum eis dispensare alias non. bu. gl. dicit idem cum ait qđ hic dicitur referrur ad facilitatem dispensandi.

1 ☞ Crimen vsurarum inducit depositionem.

Exponit literam.

Ministri. Addidem est boc. c. ex concilio arelatēsi sumptū. Summa est in rubro. Lege ter. ¶ Ministri contra regulam diuinitus datam] ps. xiiij. Qui pecuniam suam nō dederit ad vsuram. itē leui. xxv. et eze. xviij. et luce. vj. ipsamet diuina sapientia ait mutuum dantes nihil inde sperantes [a communione] fratrū in choro: in mensa: et in officio: et bmōi, quasi diceret deponatur ✝ qꝛ crimen vsurarum depositionem inducit. vt di. xlvij. quoniam multi. et. c. si quis clericoꝛ. bu.

2 ☞ Commutatio rerum est dupler.

3 Negotiari secundum se non est illicitum.

4 Contractus negotiationis mercatorum est vtilis: et quasi ne cessarius reipublice.

5 Negotiatores suscipientes in venditione rerum pretiuꝫ moderatum iuxta industriam: et diligentiam suam: et periculaz labores maius quam res emerunt: non peccant.

6 Negotiatio qua venditur res carius quam emitur ad solam cupiditatem ordinata est illicita.

7 Rem immutatā nō licet vendere carius quam fuerit empta.

8 Negotiatio qua res mutata venditur carius quam immutata valet est licita.

9 Mercator si sine culpa sua passus est damnum in aliquibus mercantijs: an possit illud in alijs recompensare simile numero. io.

11 Clerici non solum debent abstinere ab bis que secundum se sunt mala: sed etiam ab alijs que habent speciem mali.

12 Res potest dici mutata quinque modis.

14 Vendere rem amplius quam valeat interueniente aliqua fraude aut in substantia: aut qualitate: aut quantitate: ponere: siue mensura est illicitum et peccatum.
Et est illicitum licet non interueniat fraus. nu. 15.

16 Casus in quibus res potest vendi plus quam valeat.

17 Venditor non debet superuendere si nō damnificat re ipsa: et emptor non multum iniuriatur ex re quam emit.

18 Emens qui ex re ipsa multuꝫ iniuriatur potest propria sponte aliquid vendenti superogare.

Primū argumentum. Scōm ar.

Canonum. Ad idē inducit boc. c. ex cōcilio taraconen. pro pleniori intelligentia huius capituli, queruntur tria.

1 ¶ Primum est vtrum liceat negotiando aliquid carius vēdere: quam emere.

33 ¶ Secundum est vtrum aliquis licite possit vendere rem plusquam valeat.

10 ¶ Tertiū est vtrū ratione dilationis possit qs licite plus accipere pro re quam vendit: q̄ si statim reciperet pretiū eius.

Tertiū arg.

1 **Ad primum** sic procedit. † Et videt q̄ nō liceat negotiando aliqd carius vendere: q̄ emerit. primo ex presenti capitulo vbi prohibet clericis intra canonū statuta bmōi contractus. ergo etc. ¶ Secūdo arguitur ex illo bieronymi negotiatorē clericuꝫ ex inopie diuitē: ex ignobili gloriosum quasi quandā pestem fuge. non aūt negotiatio clericis interdicta esset: nisi propter peccatū ergo negotiando aliquid vtilius emere et carius vendere est peccatū. ¶ Tertio cōtra iustitiā est q̄ aliquid carius vendit q̄ valeat: vel vilius emat. Sed ille qui negotiādo carius vendit rez quā emit: necesse est: q̄ vel vilius emerit q̄ valeat. vel carius vēdit ergo boc fine peccato fieri non pōt.

Ulrichus.

¶ In oppositū est vsus omniū mercatorū: qui nō sunt damnandi cū fine eis non possit res publica gubernari.

Tertia con clusio. ✠ ps. lxx. c.

¶ Respondeo dicendū iuxta sanctū Tho. in. ij. ij. q. lxxvij. q̄ ad negotiatores pertinet cōmutationibus rerū insistere. Et aūt philosophus dicit primo politice ✝ duplex est rerū cōmutatio. vna q dem quasi naturalis et necessaria: per quā scilicet fit cōmutatio rei ad rez: vel rerum et denariorum propter necessitatem vite: et talis cōmutatio nō proprie pertinet ad negotiatores sed magis ad economicos vel politicos: qui habent prouidere: vel domui: vel ciuitati: de rebus necessarijs ad vitaz. Alia vero cōmutatiōis species est: vel denariorū ad denarios: vel quarumcūq̄ rerū ad denarios nō propter necessarias ad vitam: sed propter lucrum querendū. Et bec quidem negotiatio proprie videt pertinere ad negotiatores. Secūdum philosophum autem prima cōmutatio laudabilis est, quia deseruit naturali necessitati. secunda autē iuste vituperatur: quia quantū est de se deseruit cupiditati lucri: que terminū nescit sed in infinitū tendit. Et iō negotiatio ſm se cōsyderata quādaz turpitudinez habet inquantū non importat de sui ratione aliquid bonestū vel necessartū. Nihil tamen importat in sui ratione vitiosuꝫ vel virtuti contrariū, vnde nihil prohibet lucrū ordinari ad aliquem finē necessarium: vel etiam honestum: et sic negotiatio licita redderetur: sicut cū aliquis lucrum moderatum quod negotiando querit ordinat ad domus sue sustentationem: vel etiam ad subueniēdum indigentibus, vel etiā cum aliquis negotiationez intēdit propter publicam vtilitatem ne res scilicet necessarie desint et lucrū expetit nō quasi finē: sed quasi stipendū laboris.

Ulrichus.

Concor. ofis vlrichus dicēs q̄ si talis emptio fiat propter bonū cōmune: sicut ioseph emit frumēta vt bñret vñ pronideret populis ne fames: et boc est meritorium. vel fit propter priuatū modum. Et boc tripliciter, qꝛ vel fit ex quidētia: sicut si aliquis emit hmōi timēs ne postea oporteat eū carius emere: si indiguerit et postea carius vēdit: sicut in foro vēditur, quia non indiget sicut credebat: et boc etiam licitum est: et merito fortius est licitum boc: si non emit vltra suam necessitatē vel emit ex pietate vt ex lucro vēditionis habeat vnde prouideat pauperibus dūmodo ita moderate boc faciat: q̄ per caritatiaz cōtas nō ledatur vel fit per iustitiā cōmutatiuā: vt faciūt mercatores: et illi licite pñt pro opera sua recipere lucrū: vñ sustētent dūmodo nō intēdant caristiā inducere: vel fit ex auaritia: ita q̄ vnus tantū de hmōi congregat q̄ cōpelluntur homines ab ipso emere ad libitum suū: et ideo vēdit ita care sicut vult. Et patet q̄ isti enormiter peccant: nō solū contra proximū sed etiā cōtra cōtatē proximoꝫ bec ille. Quibus visis et notatis sequūtur aliqe cōclusiones. prima ✝ negotiari secūdū se non est illicituꝫ, patet ista conclusio auctoritate beati aug. qui super illud ps. qui nō cognouit literaturaz, alia litera bꝫ negotiationem dicit negotiatoꝝ animus acquirendi pro vano blasphemat: pro ptijs rerū mētitur et peierat, sꝫ bec vitia hominis sunt non artis q̄ sine bis vitijs agi pōt: bec ille. ergo negotiari secundū se non est illicitū.

Prima conclusio.

¶ Secōo probat cōclusio sic ex dictis iaz beati thome. negotiatio in sui ratione non importat aliquid vitiosum: vel virtuti cōtrariū et potest ad honestū finē ordinari ergo ſm se non est illicita.

S. Thom.

Secūda cōclusio.

4 Secūda cōclusio ✝ cōtractus negotiationis mercatorū est vtilis et

quasi necessarius rei publice. patet conclusio sic, vtile est rei publice bñ cõseruatores rerũ venaliũ: vt prompte ab indigẽtibus inuẽiant cũ eas inuenire voluerint: ꝛ eis indigebũt nõ essi quilibet bz vbicꝫ illud sine quo viuere nõ põt: sed est necesse vt aliqui habeãt ꝛ cõseruẽt. ¶ Scõo sic, vtile est re publice bñ afferẽtes res necessarias: q̃ in ista prima nõ habent de alia patria vbi habentur, sed boc fit per mercatores. ergo vsus eorũ est vtilis: ꝛ necessarius rei publice. ¶ Tertia conclusio† negotiatores suscipiẽtes in venditione rerũ pretium moderatũ tamẽ correspondens iusta industriã ꝛ diligẽtiam suam. ꝛ pericula ꝛ labores: maius ꝯ res emerunt nõ peccant sed licite possunt accipere, patet ista cõclusio sic, vnusquisque in bonesto labore rei publice vtiliter seruiens põt de laboze suo viuere, sed negotiatores prefati afferẽtes res de alijs terris ad terram illaz ꝛ conseruantes eas prompte: vnusquisqꝫ indigẽs valeat emere cũ voluerit in opere bonesto seruiunt vtiliter rei publice vt ostensaz est in ꝓcedẽti cõclusione. ergo cõclusio vera. ¶ Secũdo quilibet industriã suã ꝛ solicitudinem: maxime rei publice vtilẽ iuste vendere põt. sed isti cum magna industria ꝛ solicitudine res afferũt: ꝛ cõseruãt eas sicut dictũ est. ergo cõclusio vera. ¶ Tertio sic, qlibet se ꝛ suo periculo exponẽs cuius expositio est vtilis rei publice põt ꝛ debet ex tali expositione lucrũ reportare: sed hic facit mercator tales res transferens ꝛ conseruans ergo conclusio vera. ¶ Quarto patet ex dictis sancti tho. supra positis vbi si negotiatio ordinat ad finẽ bonestũ siue necessarium est licita ꝛ exempli gratia dicit: vt ad sustentationẽ domus vel ad subueniendũ indigẽtibus vel etiã cũ aliquis negotiationẽ intẽdit propter publicã vtilitatẽ: sez ne res eccle desint ꝛ lucrũ expetit: nõ quasi finẽ sed quasi stipẽdium laboris, ista cõclusio etiã est guil. glossatoris raymũdi dicẽtis ꝙ mercatores qz labozant pro oibus ꝛ quasi cõmune negotiũ in mercib⁹ gerãt pñt moderatum lucrũ accipere. Secus de immoderato. extra de emp. ꝛ ven. c. cũ cansa. patet ẽt ista conclusio qz ecclia vbicꝫ tale lucrũ sustinet: ꝛ licitũ reputat. ergo ꝛc. ¶ Quarta cõclusio† negotiatio qua vẽdit res carius ꝙ emitur ad solam cupiditatẽ ordinata est illicita. patet conclusio. vbicũqꝫ finis est cupiditas ibi est peccatũ dicẽte apostolo. j. ad tit. vj. radix omniũ malorum cupiditas, sed talis negotiatio qua vendit res carius ꝙ emaꝫ ordinata ad solã cupiditatẽ lucri est bmõi ergo talis nõ est licita. vñ a pho. j. po. est vituperata. ¶ Quinta conclusio† rẽ vero omnino immutatã vẽdere carius quã fuerit empta nõ licet. ista cõclusio probat primo autoritate beati chrysostomi super aDatthẽũ. xxj. quicũqꝫ rem cõparat vt integrã ꝛ immutatã vendẽdo lucret: ille est mercator qui de tẽplo ejicitur ꝛ idẽ dicit chrysostomus super illud pl̃s, quoniã nõ cognoni literaturã: vel negotiationẽ bm aliã literã, quid inquit est aliud negotiatio: niſi vilius cõparare ꝛ carius velle distrahere. Et subdit negotiatores tales ejcit dominus ex tẽplo. sed nullus ejcit de tẽplo: niſi ꝓpter aliquod peccatũ ergo talis negotiatio est peccatũ: ꝛ per ꝓ̃s illicita. Ratione probat, vbi res omnino immutata est: nõ est aliqua circũstantia aut laboris: aut industrie: aut solicitudinis: per ꝙ possit colozare ꝙ rationabiliter possit carius res vendi. ergo cõclusio vera. ¶ Sexta† negotiatio qua res mutuata vendit carius ꝙ immutata valeat vel sit empta licita est: etiã clericis ad necessitatẽ vite, ista cõclusio ponit hic in gl. põt enim emere chartas: ꝛ scribere: ꝛ vendere carius ꝛc. põt etiã tabulas, vt faciat imagines ad vendendũ. Verũ ꝙ in talibus nõ est proprie negotiatio: sed magis artificium: vt no. hic in gl. ꝛ de conse. di. v. nunq̃. ꝛ extra ne cle. vel mo. c. j. ¶ Septima cõclusio Licet circa lucrum recipiendum nulla regula certa tarari aut dari ꝓpter varietatem ꝛ infinitatem casuũ circa tales mercatores contingentiũ: probabile tamen videtur: ꝙ mercator potest super mercationem suam rei publice vtilem computare quantum sibi constat quantum dispendium domus sua patiꝫ ex eius absentia vel negotiatione tali. Laborẽ etiam ꝛ que substulit pericula potest etiam computare industriam: ꝛ solicitudinem quã rei publice impẽdit: ꝛ istis omnibus pensatis potest lucrum competens accipere: non solum ad vite sustentationem sui: ꝛ familie sue: sed cũ omnibus correspondens pretiz. Omnia ista probantur tali ratione quãtum dz alicui merito reipublice: bonis legislator retribuere tantum potest ipse si non adsit legislator de re publica nõ extorquendo accipere, sed si esset bonus legislator in patria indigente deberet locare ꝓ pretio magno huiusmodi mercatores: qui res necessarias afferrent: ꝛ eas allatas seruarent: ꝛ tantum eis ꝛ familie quantum ad sustentationem necessaria subuenire, sed etiam industriam ꝛ peritiam locare. ergo tantum potest mercator iuste iuste accipere. ¶ Sed hic surgũt

Tertia conclusio.

S. Thomũ.

Guilielmus.

Quarta conclusio. 6

Quinta conclusio. 7

Chrysostomus.

Sexta conclusio. 8

Septima cõclusio.

9 due questiones. prima est† si mercator sine culpa sua passus est puta cum veniret per mare merces transportando ꝓpter depredati sunt: ꝛ cum res conseruaret ignis a casu consumpsit omnia: nunquid iste potest augere pretiũ amplius mercationem sequentium vltra pretium correspondens circumstantijs omnibus supra positis videtur dicendum quod nõ. Et ratio est, qz inter circumstantias supra positas et quibus iste plus recepit ꝙ sibi cõstet est vna periculũ: quo transferre vel conseruat. vnde si periculũ eueniat nõ debet in rez publi cam redundare: sed in illũ quiratione talis periculi a re publica recepit stipendiũ correspondens. ¶ Secũda questio est 10 † de eo qui rem vendit totaliter loco ꝛ tẽpore ꝛ substãtia immutata puta de mercatore equozũ quo in portu existẽte adducunt multi equi venales. iste mercator emit vnũ: vel duos ex illis quibus emptis nauis statim recedit cũ omnibus alijs equis. Nunquid iste qui statim vendit ibidem equum potest licite plus recipere: quã sibi cõstat. ¶ Respondeꝫ, videtur vicendũ ꝙ sic, dum qz ei licitũ erat suã industriã vendere, tum qz in absentia aliorum equozũ equus iste effectus est carior. tum qz mercator periculo se exposuit: vel exponit. Et idez in emẽdo videtur dicendũ de alijs rebus. ¶ His habitis dicendum est ad rationes in oppositũ. Ad primã respondetur negando cõsequentiã aliqua interdicuntur clericis que nõ interdicũtur laicis. vnde Wu. dicit hic in gl. Emere vilius: vt carius vendat licitũ est laico: qz ei concessa est negotiatio dũ modo boc non faciat ex cupiditate: sed clerico in nullo casu licet. ¶ Ad secundam pariter respondetur negando consequẽtiam, quia ꝓpter boc negotiatio talis sit illicita bm se. Et clericis eñ interdicta est singulariter talis negotiatio bm 11 sanctũ tho. † qz nõ solũ debent abstinere ab bis que sunt bm se mala: sed etiaz ab bis que habent speciem mali. ꝙ quidem in negotiatione cõtingit ꝓpter tria. tum primo qz est ordinata ad lucrum terrenum: cuius clerici debent esse contemptores tum secundo ꝓpter frequentia negotiatorum vitia quia difficulter exuitur negotiator a peccatis labiorum, vt dicitur ecclesiastici. xxvj. tum tertio. quia nimis implicat animum secularibus curis. Et per cõsequens a spiritualibus retrahit. vnde apostolus dicit. ñ. ad tit. ñ. Nemo militans deo implicat se negotijs secularibus, licet tamen clericis vti premia commutationis specie q̃ ordinatur ad necessitatem vite emendo vel vendendo. ¶ Ad tertiam respondetur negando consequentiam. Et ratio est bm sanctum Thomñ, qz nõ quicũqꝫ carius vẽdit aliquid ꝙ emerit negotiatur, sed solũ qui ad hoc emit vt carius vendat. Si autem emit rem non vt vẽdat: sed vt teneat: ꝛ postmodum ꝓpter aliquam causam eã vendere velit: non est negotiatio: ꝙuis carius vendat. potest tamen boc licite facere: vel quia in aliquo rem meliozauit: vt quia pretium rei est mutatum secundum diuersitatem loci: ꝛ tẽporis: vel ꝓpter periculũ: eni se exponit transferendo rez de loco ad locum: vel eam fieri faciendo: ꝛ secundum boc nec 12 emptio nec vẽditio est iniusta. ¶ Nota ex boc † quod res potest quinqꝫ modis dici mutata ratione cuius potest pretiuz augeri videlicet ratione substantie: ratione loci: ratione temporis: ꝛ ratione accidentis inhereẽtis: ꝛ ratione ipsius ementis rem. ergo bis modis immutatam carius vendere ꝙ emere omnino pretium videtur. Si tamẽ aliquo predictorũ quinqꝫ modorum vel aliquo alio ratiõabili fuerit mutata carius vẽdi põt, vt dictuz est. Et ita intelligẽdus est chrysostomus super matthi. ꝛ cassiodorus.

Prima qõ.

Rñdet.

Secũda qõ.

Rñdet.

Ad primuz argumentũ.

Ad secũdũ.

S. Thomñ.

Ad tertiuz. S. Thomñ.

13 **Ad secundum** sic procedit. † Et vꝫ ꝙ aliquis possit licite vẽdere plusquam valeat. iustum enim in cõmutationibus humanis secundum leges ciuiles determinatur, sed secundum eas licitus est emptor ꝛ venditor: vt se inuicem decipiant: quod quidez fit in quantũ venditor plus vendit rem quã valeat: ꝛ emptor minus quã valet. ergo licitũ est: ꝙ aliquis vendat rem plusquã valeat. ¶ Secundo sic. illud qõ omnibus est videtur quasi naturale: ꝛ nõ esse peccatũ sed sicut Augustinus refert. xiij. de trinitate dictum cuiusdam minij: quod fuit communiter ab omnibus acceptatum: vili vultis emere: ꝛ caro vendere: cui etiam consonat quod dicitur prouerbiozũ secundo malũ est malum est dicit' omnis emptor: ꝛ cum recesserit gloriatur ergo licitum est aliquod carius vendere: ꝛ vilius emere ꝙ velear. ¶ Tertio illud non videtur esse si ex conuentione agatur id: quod fieri debet ex debito honestatis, sed secundum philosophum. ix. ethicozum in amicitia vtili recompensatio debet fieri secundum vtilitatem: quam cõsecutus est ille qui beneficium suscipit: que quidem quandoqz excedit valorem rei vendite: sicut contingit cum aliquis multum re aliqua indiget; vel ad periculum euitãdum: vel ad aliquod cõmodum

Primuz argumentum.

Secũdũ ar.

Ad secũduz.

Tertiũ arg.

consequen

consequendum. ergo licite in contractu emptionis ꝛ venditionis aliquid dari ꝓ pretio maiori ꝙ valeat. ¶ In oppositum arguitur. dicitur enim aDatth. vij. Omnia quecunqꝫ vultis vt faciant vobis homines: ꝛ vos facite illis. Sed nullus vult rem sibi vendi carius: ꝙ valeat. ergo nullus debet alteri vendere rem carius ꝙ valeat. ¶ Secundo sicut nullus potest vendere nisi rem suam: ita non potest vendere eam plus quam valeat quando non est sua. sed res est vendẽtis tantum vsque ad bozam venditionis. ergo non potest eam amplius vendere: quã valeat. ¶ Respondeo dicendum sub certis cõclusionibus iuxta sanctũ Tho. in. ij. ij. q. lxxvij.

Opponit in contrarium.

Scõa oppositio.

Rñdet.

Prima conclusio. 14

ar. j. ¶ Prima † vẽdere rem amplius ꝙ valeat intercurrente aliqua fraude aut in substantia aut qualitate aut quantitate pondere siue mensura est illicitum: ꝛ peccatum, patet cõclusio, quia talis decipit proximum in damnum eius. vñ Ambrosius lib. de officijs. regula iustitie manifesta est: ꝙ a vero non declinare virum deceat bonum: nec damno iniusto afficere quẽquã: nec aligd dolo annectere rei sue. ¶ Scõa cõclusio † licet fraus non interueniat tamen vendere carius rez ꝙ valeat: ꝛ etiam emere vilius quã valeat: est bm se illicitũ, ista conclusio probatur sic. Emptio ꝛ venditio vꝫ esse introducta ꝓ cõmuni vtilitate vtriusqꝫ: cum scilicet vnus indiget re alterius: ꝛ econuerso, sicut patet per philosophum primo poli. Oẽ autem ꝓ communi vtilitate est instituendum: puta si aliquis

Secũda cõclusio. 15

fit deceptus vltra dimidiã iusti pretij quantitatẽ, sed lex diuina nihil impunitũ relinquit: ꝙ sit virtuti cõtrariũ, vñ bm diuinã legẽ illicitũ reputatur si in emptione ꝛ vẽditione non sit equalitas iustitie obseruata: ꝛ tenetur ille qui plus habet recõpensare ei: qui damnificatus est, si sit notabile damnum ꝙ ideo dico, qz iustũ pretiũ quãdoqꝫ nõ est punctualiter determinatũ: sed magis in quadam estimatione cõsistit, ita qõ modica additio vel diminutio nõ videt tollere equalitatem iustitie. Cõcor. gl. x. q. ij. super. c. boc ius, super ver. quo subscuto dicẽs: ꝙ si in venditione plus offeratur ꝙ res valeat ecclesia nõ debet recipere: sed tantũ pretiũ lz lex dicat ꝙ cõtra bentes possunt se inuicez decipere. Sz ecclesia in suis cõtractib⁹ nõ debet facere dolũ. ertra de donatio. per tuas. ¶ Ad scõm respondetur negando assumptũ, quoniã quidquid dixerit minus ille: illud desyderium nõ est cõmune nature, sed vitiũ. Et ideo cõmune est multis qui per latam viam vitiozũ incedunt. ¶ Ad tertiã respondetur negãdo cõsequentiã. Et ratio est iuxta sanctũ Tho. vbi supra ꝙ in iustitia cõmutatiua cõsyderat principaliter equalitas rei lz in amicitia vtili cõsyderat equalitas vtilitatis: ꝛ ideo recõpensatio fieri dz bm

Tertia conclusio. 16

Quarta conclusio. 17

S. Thomñ.

Ad primuz argumentũ.

Ad tertiuz.

vtilitatem perceptam in emptione: non secundum equalitatem rei. Et tantum de ista questione pro nunc.

Primũ argumentum.

19 **Ad tertium** sic proceditur. † Et videtur ꝙ mercator licite possit plus recipere de eadẽ mercatione ab isto qui nõ põt statim soluere: ꝙ ab alio qui statim soluit: vel ab eodẽ qui nõ potest nũc statim soluere: ꝛ ꝙ ab eodẽ statim soluente, qz cõiter boc faciunt omnes mercatores. Nõ videt autẽ ꝙ sint salutis sue immemores qõ cõtingeret si boc licite fieri nõ posset. ¶ In oppositũ arguit qz isto casu venditor vꝫ vendere tẽpus, ꝛ sic vsurã cõmitteret vendẽdo nõ suũ. ¶ Respondeo dicendũ breuiter: ꝙ plus ab isto recipere põt dupliciter esse, vel iustum pretiũ excedendo vel iustũ pretiũ attingẽdo. primo modo nõ põt. sedo modo sic, verbi gratia. mercator iste cõputato quantũ constat sibi de capitali ista cãna panni cõputatis etiã omnibus circunstantijs alijs in questione superiozi denotatis: ꝛ lucro respõdenti eisdez reperit: ꝙ cõstitit ei canna. xxx. solidos qui sunt tantũ pretiũ: ꝛ iustũ. nõ obstante boc si mercator dat eaz pro xxxvij. reputat lucrũ satis, licet nõ tantum quantũ ꝓ cõ licite isto casu stante: oico ꝙ a nullo potest vltra solidos recipere quãtumcũqꝫ velit de solutione dilationẽ facere. Et boc ptz, qz de re licet accipere vltra pretiũ iuste estimatuz satisfacto sibi in dicto pretio de laboze: periculo: ꝛ alijs que mercando rei publice impendit põt tñ vsqꝫ ad illud pretium puta. xxx. solidũ ascendere si vult cũ illo: qui non vult statim soluere: ꝛ cũ illo qui vult statim soluere: vel vni de isto pretio dimittere ꝛ alteri nõ nullã iniustitiaz cõmittendo. Et boc patet qz ille nullã iniustitiam committit: qui iustũ pretiũ non excedit iste est bmõi. ergo. ꝛc. Et ꝙ boc patet responsio ad vtrunque argumentũ. Lege text. ¶ Canonum ꝛc. studio⁹. i. studiosa cupiditate. vitium notat. Nã er cupiditate nec laicis nec clericis licet emere vel vẽdere: sed ex necessitate istis ꝛ illis. bu. Et nota ꝙ emere vilius ea intentione vt carius vendat licitum est laico, qz ei cõcessa est negotiatio: dummodo boc non faciat ex cupiditate: sed vt ꝓnide ꝛ sibi ꝛ suis, sed clerico in nullo casu licet dicit glo. in eadem forma, sed in rudi materia potest emere cozium, ꝛ chartas: ꝛ inde facere sotulares: ꝛ libzos. xxj. q. j. c. j. ꝛ xcj. di. c. clericus, potest etiam in eadem forma clericus emere vilius: ꝛ vendere carius in casu: puta cum indiget re aliqua: ꝛ eam emit satis vili pretio, sed non emit eo intuitu: vt eam vendat: sed procedente tempore indiget: vt eam vendat: vendit eam carioꝛi pretio: quam emerat: non peccat in boc. vt. j. e. q. quicunqꝫ. secundum bu. [qđ si] secũda pars [cobibeatur a clero] ꝛ nihilominus a tali studio.

Exponit literam.

Exponit literam.

Diuisio.

1 ¶ Constitutio dat formam tantum futuris negotijs.
2 Accipiens modicum vltra sortem non excusatur a peccato vsure.

Si quis oblitus. Ad idem sequitur boc. c quod est ex concilio martini pape sumptũ, summa est in rubro. Non diuiditur. Lege. ¶ [Si quis oblitus ꝛ sanctarũ scripturarũ] que dicũt pl̃s. xiij. [post banc] forte primo non sic puniebat tales, simile di. xlvij. quoniam multi. quasi nolumus: ꝙ de cetero talia fiãt: ꝛ illa que facta fuerunt sic puniri. Et est argumentum † ꝙ cõstitutio dat formaz tantum futuris negotijs: nec ea arcrantur que ante fiunt. ar. di. xxxj. ante. ꝛ di. lxxvij. ꝓposuisti. bu. [centesimam] ar. clarissimum † ꝙ accipiens modicum vltra sortem non excusatur a peccato vsure turpis lucri. xxj. q. j. c. in primi. archi. [vel vendendo] ex cupiditate: vel negotiando: qõ est emere vilius eo animo vt vendatur carius. lxxx viij. di. ejciens. bu, incrementa. j. e. quoniam. archi.

1 ¶ Mutuans frumentum scilicet tres modios ꝛ tempore quo redditur efficitur carius an accipiendo tantum de frumento sicut dedit committat vsuram.
Et quid si mutuat tali pacto quod reddatur sibi tali tempore tantum frumenti quantum poterit nunc haberi. nu. 2.

Si quis clericus. Ad idem sequit boc capitulũ ex eodẽ concilio sumptum. Summa est ꝙ clericus mutuans pecuniã dz illã vel speciem scilicet grani vel vini ꝛ bmõi aliquã estimandam eo pretio quo tẽpore fidẽ solutionis valet, ꝛ nihil vltra recipere. Et dividit in duas partes. in prima ponit qõ dictum est. in scda dicit ꝙ si pecuniaz suam omnino habere voluerit eandem: scilicet in specie vel similem sine vllo augmento recipiat, secunda ibi: ceterum.

Exponit literam.

Lege. ¶[Si quis solidum].i.certam summã in pecunia numerata.bu.[præstiterit].i.mutuauerit:z vult pro illa pecũia recipere aliquam spẽm.bu.z archi.[boc].i.tantum:quasi diceret.non plus de vino:vel frumẽto:vel alia spẽ.bu.[decrescum].i.iudicatũ.bu.z archi.[venundari].i.pro tanta pecunia vendi.bu.[cã mercãdi].i.in cõi mercato:si scilicet res illa venalis proponeret.bu.[in tempore statuto]ad solutionem scilicet quo debitum redderetur. Cum enim aliquid promittitur certo tẽpore estimatio eius tẽporis expetenda est.vt.ff. de verbo.obli.quoties in dies.[ceterũ]scda pars[si clericus creditor]quasi diceret noluerit accipere spẽm:vt videlicet frumentũ aut vinũ:qz non est necessaria ei:sed vellet habere pecuniam suam ipsum scilicet simile ei quod dedit.quasi diceret:recipiat pecuniam quãtam dedit:z non plus. ¶Hic surgunt due questiones ✝ una est vtrũ mutuans frumẽtum:scz tres modios.z tẽpore quo vz reddi efficitur carius:an accipiendo tantum de frumento sicut dedit committat vsuram.

Quæstio.

1

Videt.

Quæstio.

¶Respondetur iurta bu.ꝙ non:quia si illo tempore efficeretur vilius non plus redderet. ¶Scda questio✝vtrum mutuans frumẽtus tempore quo carissimũ est tali pacto vt reddas mihi tali tempore tantum frumẽti quãtum poterit nũc haberi pro illa pecunia:qua nũc tẽpore mutui valet frumentum mutuatũ.respondetur iurta bu.ꝙ non est vsura.qz vt inquit intelligitur iste vendere nunc ei frumentum z mutuare sibi pecuniam gratis:quam vult sibi reddi in frumẽto secundum estimationẽ illius temporis solutionis,potest tamẽ vt dicit idem bu.in hoc facto interuenire peccatum secũdz intentionem mutuantis prauam z peruersam.

2

Rñdet.

1 ☞ Mutuans auenam veterem vt recipiat nouam an cõmittat simoniam.

Exponit literam.

NVllus. Ad idem est hoc.c.ex concilio carthaginẽn.sumptuz. Summa est in rubro. Lege. ¶[Nullus clericorũ]nec etiã laicorũ qz omni homini prohibẽt vsura.vnicuiqz enĩ dicit ero.xxũ.vsuris nõ oppримes proximũ.prohibetur tamen clericis magis.tum primo qz clericis rpo militantibus interdicitur omnis negotiatio seculare.ĵ.ad ti.ĵ.nemo militans deo.zc.tum secũdo qz clerici mundiores debent ab omni sorde peccati.quibus dicitur leui.xxũ.sancti estote:qm̃ sanctus sum. Et apostolus ait clericis ad ephe.v. nec auaritia nominetur in vobis:sicut decet sanctos[pecuniam tantam quantam dedit]quasi diceret:non plus accipiat pecuniam sue in alĳs[speciem eandem].i.similem.i.de eodem genere rerum vel de alio oummodo non plus accipiat: quam dedit.bu.z archi. ¶Sed hic surgit questio✝vtrũ mutuans auenam veterẽ vt recipiat nouã vsuram cõmittat. Ad hoc dicĩ rndere raymundus ꝙ fic.qz meliorem recuperare vult qõ intelligit post.quando aliquis propter hoc facit vt illam melioratioñem lucret.extra.e.consuluit.z.c.in ciuitate. Si vero faciat pe sua messis pereat:vel vt accipienti gratiã faciat:nõ committit vsurã:sed ertunc sine dubio excusat:oũ dubitat vtrũ debeat plus vel minus valere. Secus si presumit.extra.e.naiganti. Et ideo dicit archi.hic istos nõ audeo condemnare si ad hoc primo mutuant:vt eidẽ subueniant.dummodo auferant ei libertatẽ liberandi se interim soluendo veterẽ,vel si probabiliter dubitat:vtrũ plus vel minus valitura sit tẽpore solutionis.alias verũ est qõ dicitur per Raymundum ẽm ro.archi.idem dicit Guil.qz si creditor aufert libertatez soluendi quandocũqꝫ velit vsura est,qz presumitur ꝙ ideo mutuauerat vt debitorem oneraret periculo:z se exoneraret.

1

Archidia.

Guillelmus.

1 ☞ Septuplum quid dicatur.

Divisio.

Exponit literam.

QVoniam. Ad idem sequitur hoc.c.ex concilio niceno sumptũ.summa est in rubro. Et diuidit in duas partes.in prima narrat casum flebilem.in scda ponit statutum ad reformationem casus.secunda ibi:statuit hoc sacrum.zc. Lege. ¶[Quoniaz multi auaritie]qz quasi omnes ad auaritiam declinant,qõ detestaꝫ biere.propheta vicens a minore quippe vsqꝫ ad maiorẽ oẽs auaritie studẽt:z a propheta vsqꝫ ad sacerdotẽ cũcti faciunt dolũ[dictũ est]ps.xiĳ [statuit]

1

scda pars[ad septuplũ]✝septuplũ vz qõ cõtinet aliqõ totũ: z eius medietatẽ:vt senarius ad quaternariũ. Si quis ergo daret mutuo quatuor solidos:z pro vsura reciperet ferĩlla vsura esset septupla.qz totam sortem continet:z eius mediẽtatem[conatus]cum effectu.secundum bu.lan.z archi.

1 ☞ Turpe lucrum procedit ex auaritia.

2 Negotiatio campsorie an sit licita.

3 Cambia multis modis fiunt,z ꝙ sit licitum.nu.4.

5 Cambium per literam an sit licitum.z nu.6.7.9.z.10.

8 Cambium quod dicitur siccum seu sine litera an valeat.

Divisio.

Exponit literam.

EC hoc quoꝫ. Ad idem est hoc c.ꝙ est leonis pape. Summa est in rubro.ꝙ tã clericis ꝙ laicis dãnabilis est vsura. Et diuidit in tres partes.in prima narrat excessum.in scda detestatur illũ.in tertia punit.scda ibi:ꝙ nos.tertia ibi:qõ vindicari. Lege. ¶[Nec hoc zc.turpis lucri.]Qui enĩ vsuras exercent turpe officiuz exercent:z turpis lucri gratia agũt:scilicet cupiditate:que est omnium malorum radix.prima.ad ti.vĳ.✝turpe autem lucrum procedit ex auaritia que est idolorum seruitus.ad col.iĳ.que longe debet a clericis z seruitoribus z ministris christi z ecclesie qz prima ad ti.iĳ.oportet diaconos nõ turpis lucri sectantes.z ti.primo.oportet episcopum non turpis lucri cupidum[dicescere].i.fieri diuites[qõ nos]secunda pars[credere].i.cõtingere id est locum habere.bug.[qõ vindicari]tertia pars [acrius confutati].i.conuicti. Nam cũ conuictis durius agitur.j.q.vĳ.si quis omnem.z.xvj.q.viĳ.si quis presbyter.lan. [vel confutati]vel enidẽtia facti:vel testibus:vel propria cõfessione:z tunc acrius ꝙ in alios in peccatores[adiuuat]ar. ĳ.q.vĳ.quapropter.archi. ¶Circa negotiationẽ campsorum est aliquid querendũ.videlicet✝vtrũ negotiatio cãpsorie sit licita.Et videt ꝙ nõ.dicit enĩ io.ĳ.ꝙ christus eiecit de templo ementes z vendentes.negotiator autẽ proprie dicit:qui rem comparat:vt integram z immutatam vendendo lucret: vt dicit chrysostomus di.lxxxviĳ.efficiẽs.sed cũ efficerentur de templo:si talis negotiatio esset licita ergo videtur qõ negotiatio campsorum non sit licita. ¶In oppositum arguitur quia ecclesia tales sustinet.Non est aũt verosimile ꝙ si esset illicita eos sustineret. Responsio.dicendum qõ negotiatio siue ars campsorie est licita de se in aliquibus modis cambio rum:sed nõ in omnibus que exercent.✝Pro quo notãdũ qõ multis modis fiũt cambia.vnus modus est z dicitur ab aliquibus cambiũ minutum:quo de moneta argentea aut aurea mutat ad ream:vel econuerso:vt cuz quis dat campsori vnũ florenũ aureũ:z recipit pro ea quatuor libras z solidos. xiiĳ.vel.xv.si est largus vel grossos argenteos.xv.z solidum vnũ cũ dimidio vel circa:z tle cãpsor retinet sibi quatuor denarios:vel vnum solidum scm cõsuetudinem loci:z sic econuerso quando quis vult habere vnum florenũ largũ a campsore dabit pro eo sibi quatuor libras z solidos.xvj.vel circa.

3

Quæstio.

Primũ argumentum.

Opponit in contrarium.

Rñdet.

4 ✝Et de isto modo cambiĳ sit ista conclusio prima:ꝙ tale cambium est licitum.patet conclusio quoniam illud qõ plus recipit campsor:non capit ratione mutui.quia ibi non est mutuum:nec quia pecunia vendatur quia illa est inuendibilis: vt dicit aristoteles:sed ratione laboris:quem subĳt in fernẽdo rei publice.z ratione expensarũ quas facit pro pensione z ministris.ratio enim expensarum z laboris habenda est.extra de voto.magne. ¶Alius modus cambiĳ est✝ꝙ potest de nominari per literam:quod sic celebratur. Est vnus in hispania:z indiget habere pecunias rome z nõ ausus portare vsqꝫ ad curiam romanam:vadit ad campsorez:z rogat eum:vt faciat sibi dari rome:vel alibi:vbi indiget centum:vel mille ducatos,campsor vero vult habere pro quolibet florẽo vnum grossum:vel circa:plus:vel minus.iste q indiget pecunia dat sibi.quia non potest aliter habere pecuniam suam certam z securam rome pro centum florenis centũ florenos.z.c.grossos vel pro mille mille z mille grossis.z capit literã a cãpsore ad socios eius rome:vt detur sibi pecunia,quam apud eum dimisit.de isto modo cambiĳ sit ista conclusio:salno meliori

5

Dubium.

Exponit literam.

6

Quæstio.

Primũ argumentum.

indicio✝quod tale cambium sit licitum ratione qua probata est prima conclusio,qõ hoc,ꝙ plus recipit pro quolibet florẽo vnum grossum:non est ratione mutui.quia hic non interuenit contractus mutui:nec ratione pecunie q̃ vendat:sz a ratione laboris:z expẽsarũ:quas sustinet in tenendo pecunias rome:tenendo ministros apud quos habeat pecunias paratas pro huiusmodi necessitatibus supplendis in re publica. Euitatio etiam periculi pecuniam z vtilitas inde cõsurgẽs dominum multotum:cuz nemo cogatur de suo facere beneficium.z.q.ĵ.precarie.bene potest rationabiliter habere locum:vt ratione ipsius aliqd vltra lucret mercator. ¶Alius modus cambiĳ qui etiã nominatur per literam est✝cuz quis dat campsori vel mercatori florentie centum florenos restituẽdos sibi vel alteri pro eo rome:vbi illis indiget z vt hoc securius z aptius habeat dat sibi literã cambiĳ campsor scribens alteri campsori rome:vt ad requisitionem portantis literam tali vel centum florenos florentie receptos:z sic centum floreni

7

Opponit in contrarium.

Rñdet.

¶Literaz cãbiĳ. Et gd si quis amisit literas antequã exigeret vide bal.in l.instfa.ad fi. C.ð fideicõ. iason in repetitione.l.admonẽdi. vĳ. gd aũt si deposuit.ff.de iureitur.

Laurẽtius.

Petrus.

Hostiensis. Goffredus.

Innocen̄.

tum florẽi sibi assignantur sm literaz:z inde campsor lucratur sue proprie varietatem valoris monetarum qz centum florenĩ quos florentie recipit campsor plus valent:ꝙ valeãt rome sue etiã qua rome dabuntur sibi centuz minus aliquibus solidis:aut etiã econuerso:quando de roma sibi faceret transmitti pecuniam quã quis ibi habet:z per campsorẽ per literã cambiĳ er quo campsor lucraꝫ. Et de isto videt esse cõclusio,ꝙ tale cambium est licitũ.patet primo.qz hic non interuenit mutuũ:nec vẽditio pecunie sed cõtractus innominatus scilicet do vt des deseruies vtilitati hominum rationabiliter:ꝙ inde lucretur ratione laboris z expensarũ z periculorum tamen sequestratis fraudibus.nemo enĩ cogit zc.z j.ad cor.vj.ne quis vnquã militans suis stipendĳs. ¶Alius

8

modus cambiĳ est✝ꝙ dicit siccus ab aliquibus seu sine litera seu ad libras grossorũ z vna libra grossorum sunt.x.ducati. sit aũt sic tale cambium accipit quis.x.libras grossorum florentie:scilicet centũ ducatos ac cãpsore siue mercatore:quos sibi restituere debet inde ad mensem florẽtie:z eo valore quo valebũt venetĳs centũ ducati inde ad.x.dies a die celebrati cõtractus id est acceptionis dicte pecunie.z si plus vult tenere dictã quantitatẽ centum florenorũ de mense in mensez renouatur contractus modo predicto.contingit autẽ ꝙ cõtum ducati in decimo die a receptione pecunie valent venetĳs tantum quantum florentie:quando illos recipit:z sit cãpsor nihil lucratur aliquando minus:z sic perdit:aliqñ plus: z tũc lucratur illud plus:z communiter vt in pluribus plus valet quando reddit:ꝙ quando accepit quãtis vt dictus est aliquãdo minus.vnde in capite anni semper reperitur in lucro:z magno.de isto cambio est conclusio tertia ꝙ tale cambium non est licitum. Ratio est quoniam communiter tenetur esse vsurarium. Tum quia ibi mutuum est. Tum quia spes lucri in campsore. Et quibus duobus perficitur vsura. ĵ.e.q.iĳ.si feneraueris. Et huic sententie consentire videtur lan.de rodol.in tractatu de vsuris.nec excusat periculuz:vel dubium amittendi id est quia minus possunt valere illa centum tempore redditionis.tum quia muuo cum spe lucri arcta.de vsur.nauiganti.tum quia raro contingit ꝙ perdit.

9 ¶Alius modus cambiĳ est✝qui frequenter temporibus modernis celebratur quod dicitur etiam per literam dissimilis tamen a secundo quod etiam dicitur per literam z a tertio qui fit in hac forma. A.indigẽs pecunia florẽtie vel alibi existens petit a.B.campsore centũ florenos nunc sibi dandos ad rationem cambiĳ per venetias:vel barchinonam:vel neapolim z huiusmodi.quod intelligitur ꝙ.A.facit restituere ipsi.B.illa cẽtum venetĳs:vel barchinone:vel neapoli.put conuentum est inter eos:eo valore illa centum de illa moneta que ibi currit:quãdo litera cambiĳ presentabitur.ibi in capite videlicet quindene:vel mensis:vel plus temporis secundum distantiam loci a ciuitate vbi recipitur pecunia ad ciuitatez vbi redditur.z sic mittitur litera cambiĳ z ipsa recepta pecunia redditur per factorem illius:qui pecuniã receperat sed de illa moneta ibi currente ex hoc campsor siue mercator lucratur quia communiter ibi plus recipit:ꝙ dederit:z hoc ratione variationis valoris monete dicee cambiĳ:licet etiam aliquando non lucretur vel aliquid perdatur ipse mercator de ipso ponit quarta cõclusio ꝙ istud cambiũ est illicitũ.patet.quia in hoc cambio licet sic nominetur non est realis cõmutatio sicut in mercibus contingit:que valent aliqñ plus in vno loco:ꝙ in alio.sed est mutuũ. Nam.A.indigens a florẽtie pecunĳs:vt sibi prouideat accipit sub mutuo a.B.illa centum sub nomine cambiĳ per venetias aut barchinonam: z huiusmodi:ibi restituendam:cũ ibi aliquando non habeat mercimonium facere:vel inde pecunias ad se trahere.ex quo in mutuo ibi.B.sperat inde lucrari.vnde vsuraz sapere videtur.ar.xviĳ.q.iĳ.pleriqꝫ.ad quod satisfacit quod habet in directorio iuris vbi qrit ✝Petrus. Quid iuris cũ quis mutuat pecuniam recepturus ad certũ terminũ alterius generis monetam vel aurum vel argentũ vel aliam speciez.respõdet dicendo ẽm ✝Host.z Goff.ꝙ si hoc faciat vt in expectatione lucretur vsurarius est ex quo fraudulenter vel mala intẽtione fit:vt inde sorti aliquid accedit.xiiĳ.q.iĳ.pleriqꝫ.z sic videtur esse in proposito.vnde male se possunt excusare ab vsura mentali.vnde talis campsor vsurarius mentalis censendus est:de quo vsurario qui mentalis est:dicunt Innocen.ber. Goff.z Hostien.vt refertur in directorio iuris,ꝙ inducendus est in foro penitentiali vt restituat per.c.consulunt.de vsuris.z inducendus non compellendus in foro contentioso vt restituat:nec tanquã vsurarius est puniendus:sed quo ad deuz vere est vsurarius:z sic accepta tenetur restituere.quia sola intentio facit vsurarium,quod intelligo,cum effectu

quantum ad obligationem restitutionis:cum scilicet accipit vltra sortem.xiiĳ.q.iĳ.per totũ. Alius modus cambiĳ est in curia multũ vsitatus.✝Nam promoti qui obligant̃ soluere annatam camere apostolice accipiunt sub nomine cambĳ a campsoribus pecuniam solnendam apostolice camere obligantes se ad restituendam ipsam in partibus.illis:vbi sunt beneficiati:z pla illa moneta tbi currente z vltra lucrũ quod cõsequuntur er varietate monetarum ibi restituendarũ volunt sibi dari tantum pro centenario :scilicet quinqz:vel sex vel septem:vel plures:vel minus scm diuturnitatem temporis maiorem vel minorem:qua habent expectare redditionem sue pecunie:z instrumentum fieri faciunt obligationis debiti non solum pecunie mutuate: sed etiam vsure additz: tanꝫ notum sit de capitali.vt si mutuant mille z campsores in partibus volunt mille z quinquaginta ratione mutui:instrumentũ cõtinet mille quinquaginta mutuata tali tempore restituẽda.de isto cambio ponit quta conclusio.ꝙ est,illicitũ patet. Tum qz intentio lucrandi est in campsore magis quã serniẽdi prelato. Tum quia ratione dilationis temporis petant illud plus.scilicet quinquaginta.vnde manifeste cõstat esse vsuram.xiiĳ.q.iĳ.si feneraueris.cũ.c.ſc. z de vsuris. consuluit.z.c.in ciuitate. ¶Ad rationes in cõtrariũ. Ad primã respondetur ꝙ dominus eiecit numularios de tẽplo non ratione loci.sicut vendentes columbas ẽtuis vendere columbas non fit vsura. Sic etiam de aliquibus cambĳs que licita esse videntur. ¶Ad rationem pro alia parte respondetur ꝙ ratio nõ cogit ad probandum: ꝙ omnia cambia sint licita: sicut nec omnia que tolerantur in curia romana sunt licita: multa enim per patientiaz tolerantur zc.Et hec de ista questione pro nunc.

Ed argumẽ.

1 ☞ Recipientes ab ecclesĳs possessiones tenendas tempore vite sue:ita ꝙ post eorum mortem ad ecclesiam reuertant an committãt simoniam.

Exponit literam.

QVicunqꝫ. Ad idem est hoc.c. Julĳ pape. Summa est in rubro. Vel sic. Qui ex cupiditate emit vinũ vel granũ vilius vt post certum tempus vendat carius turpe lucrũ sectatur. Breue est z non diuiditur. Lege. ¶[Quicunqꝫ]clericus vel laicus generaliter hic loquitur z omnes comprehendit tam clericos ꝙ laicos: qz hoc genus negotiationis ꝙ sit ex cupiditate illicitũ est z clericis z laicis. Hug. [nõ in necessitate]nã causa necessitatis z clericis z laicis licet emere z vendere. Si ergo clericus vel laicus cã necessitatis emat aliqd:z postea carius vendit:non peccat:nec ibi est turpe lucrũ:sed ppter cupiditatẽ proprio studens lucro:z cõi detrimento:vt carĳstia inducaꝫ.lan.z sic notaꝫ turpitudo. Archbi. [turpe lucrũ]nõ dicit vsurã.turpe lucrũ dicit quia ex cupiditate procedit.non aũt vsuram qz contractus ex forma nõ est vsurarius. ¶Sed surgit q̃stio nũquid negotiatio cõcessa est laicis.qõ ergo dicit hic ꝙ boc.c.comprehendit etiaz laicos. Ad hoc respondeꝫ ẽm hug.z superius dicta ꝙ non omnis negotiatio est concessa laicis:vt hec.sed bene illa q̃ ficut prouideat sibi z suis est cõcessa eis:z est licita.vt di.lxxxviĳ.

Laurentius.

Quæstio.

Rñdet.

Quæstio.

Rñdet.

Hostiensis.

1 fonticari. ¶Mouetur hic questio.✝Utrum bi qui recipiunt ab ecclesĳs possessiones tenendas tẽpore vite sue:ita vt post eorum mortem ad ecclesias reuertantur committant vsurã. dicunt Ray.z Hoff.ꝙ talis contractus est vsurarius. Sed host.contra prout ipse notat in summa.eo.ti.ĵ.an in alio casu.ver.xĳ.quid de bis ibi videas.z qõ Inno.notat extra de vsur.in ciuitate.pro hac sententia facit qz vsura non contrabitur,niſi in mutuo regulariter etiam secundum Ray.z Hoff.z supra notatum est.ea.q.iĳ.

3 ☞ Depositarius ex vtilitate quam sentit ex pecunia que est apud eum deposita si det aliquid deponenti an possit licite recipi.

4 Emens qui ex reempta multum iuuatur potest propria spõte aliquid vendenti supererogare.

6 Jus percipiendi aliquos redditus est omnino aliud ab ipsis redditibus.z nu.7.

8 Emens redditus si aliquid recipiat vltra sortem quam dedit nullum committit iniustũ nec tenetur ad restitutionẽ.

SI quis vsuram. Ad idez est hoc c.ꝙ est beati ambrosĳ in libro de bono mortis. Summa est in rubro. Breue est z non diuiditur. Pro intelligẽtia presentis.c.z eorũ que notantur circa illud queruntur plura.

1 ¶Primum est vtrum sit verum ꝙ vsura sit rapina.
2 ¶Secundū est vtrum peccet qui recepit ad vsuras aliquid.
5 ¶Quintū est vtrū q emit redditus ad vitā cōmittat vsurā.

Primū argumentum.

1 **Ad primum** sic procedit.† Et videt ꝙ vsura nō sit rapina.qz in raptore non transferꝛ dominiū rei ablate:sed in vsurariū sic.vt dicit Lau.hic ⁊ ber.hic. ¶Secundo sic.accipere vsuram non est contractare aliena rem inuito dño.ergo non furtū nec rapina. ¶Tertio si esset rapina iudex secularis non pateretur eos vinere.sicut nec permittit fures:nec latrones. ¶Quarto si vsura esset rapina ⁊ furtum:iudex ecclesiasticus non se intromitteret plus de pena vsurariorū:ꝙ de pena aliorū furū. ¶In oppositum est ter.presentis.c. ¶R.spondeo dicendū,ꝙ hic tangit archi.⁊ etiā gl. Rapina nō dicitur hic propie:sed large.prout quelibet illicita vsurpatio rei aliene dicit rapina:⁊ hoc modo vsura dicitur rapina large sumpta:vt pars pro toto accipiatur.xxxii.questione.iiii.meretrices.ad hoc facit quod le. ⁊ no.j.eadem questione.v.penale. Et per hoc respondeo ad argumentū primū in principio questionis factuz. ¶Ad secundū dicendū negādo assumptū secundū ꝙ supra distincta fuit duplex voluntas vna est absoluta.Et scōm istam deus vsuras non volūrate dat. Et est voluntas mista:secūdū qnā vult ꝙ habeat quia non potest aliter habere pecuniā ab vsurario. ¶Ad tertiū dicendū iurta magistruz aler.de balis in tertio negando consequentiam. Nam iudex secularis rē publicam regit quantū ad temporalia.vnde quānis vsurarius sit fur:tamen qz fur est domesticus.nec per violentiaz furat. Et quia etiam ex furto illius prouenit aliqua vtilitas rei publice quantū ad temporalia:ꝓpter hoc permittit vinere vsurarios:cū tamen in aliquo casu eos puniat. ¶Ad quartū respondetur negando assumpeum. Et ratio est iurta eundem aler.de balis.in tertio qz iudex ecclesiasticus qui subtilius inspicit quam secularis persequit vsurarios ꝓpter damnum spirituale qō videt ex vsura accidere. Et qz vsurarū de inhonoratione dei ⁊ contemptu dei hoc est de peccato fecerunt sibi officium ⁊ modum viuendi.

Primuz argumentum. Scōm ar.

2 **Ad secundum** sic pcedit.† Et vī qō ille qui recipit pecuniam mutuo sub vsuris peccet.primo arguit er.c.presenti vbi dicit. Si quis vsuram accipit gl.hu.vel a debitore:vel ab ipso vsurario:vbi vī inunere:ꝙ peccet qui pecuniā recipit sub vsuris. ¶Scōo sic.dicit apostolus ad ro.j.digni sunt morte:nō solum qui faciūt peccata:sed etiā qui cōsentiūt facientibus.sed ille qui accipit pecuniā mutuo sub vsuris ꝑsentit vsurario in suo pctō ⁊ prebet occasionē peccādi.ar.xxvij.q.ij.si tu.xxxj.q.ij.de nuptis ergo ipse peccat. ¶Tertio pro nullo bono tēporali debet aliquis alteri quātumcūqꝫ occasionē ꝑbere peccādi.boc enim pertinet ad rationem scandali actiui,quod semper est peccatū.sed ille qui petit mutuuz ab vsurario:exprelle dat ei occasionē peccandi.ergo pro nullo bono temporali excusāt.

Tertiū arg.

Quartū ar.

Econtra. Scilicet ſuperficialiter cōtra hoc quod dictum eſt, q̄ de furto ⁊ rapina ⁊ illicite acquiſitis non debent fieri eleemoſyne: arguit exemplo in deorum, qui ex bis que a vicinis receperunt accommodata vaſa aurea ⁊ argentea, edificauerūt tabernaculum domino: huic obiectioni reſpondet Gratianus per ſequens capitulū. Et incipit hic ſecunda pars queſtionis. ſim archi.

¶ Filij iſrael non peccauerunt ſpoliando egyptios.

Dixit. Capitulum hoc eſt beati Auguſtini in quo Aug. duo dicit. primo q̄ filij iſrael accipientes vaſa aurea ab egyptijs non cōmiſerūt furtum: q⁹ preceptio dñi vniuerſorū hoc fecerunt. ſecundo q̄ ex facto illorum non eſt capiendum exemplū: vt quis vellet aliqua rapere. Lege. ¶ [Dixit dñs] Exo. iij. ✝ filij autē iſrael in hoc non peccauerūt, q̄ egyptios ſpoliauerunt. Tum quia egyptij ad plus tenebantur filijs iſrael, ex grauibus operib⁹ quibus ab egyptijs fuerūt aggrauati: ⁊ nunquā ſatiſfecerant vt tenebantur. Tum q⁹ hoc fecerūt preceptio dñi, qui erat dñs omniū bonorū egyptiorum: ⁊ poterat dare cui vellet. iij. q⁹ filij iſrael in hoc fuerūt miniſtri dei iubentis. vnde ſicut miniſter iudicis cū iubente iudice occidit hominē non peccat: ſic filij iſrael in hoc miniſtri dei ſubditis qui nihil iubet niſi iuſtum [exemplū] dicit bic bu. q̄ non eſt argumentum ab exēplis veteris teſtamenti. hoc verum eſt in illis, que figuralia vel ad tēpus cōceſſa: ſecus in alijs. bu. [nec iſraelite furtū] quia dicit bu. q̄ aliqui illorū furtū cōmiſerunt, qui ex cupiditate bona egyptiorū receperūt falſum eſt: q̄n non eſt furtū, niſi quando inuito domino accipitur res aliena. Iſti autē autoritate dñi vniuerſalis dantis eis bona egyptiorum acceperūt rem ſuā a deo eis datā, ⁊ non alienā. Et ideo accipientes bona egyptiorū nō cōmiſerūt furtū: ſicut nec quādo acceperūt terrā cananeoꝝ ⁊ alioꝝ, quas dedit deus abrahe ⁊ ſemini ſuo. Gene. xiij. vnde accipiētes bona egyptiorū ex cupiditate non peccauerūt pctō furti, ſed peccato cupiditatis: ſicut cupidus rei peccat non vt fur, ſed vt cupidus ⁊ auarus.

Item obiicitur. Ş. eſt, in quo incipit tertia pars queſtiōis. Et in quo arguit contra predicta, q̄ ex rapina poſſit eleemoſyna fieri: q⁹ rapina non reperitur lege diuina prohibita. Et reſpondet dicens q̄ nomine furti omnis illicita vſurpatio rei aliene intelligatur quod probat per. c. ſequens.

¶ Prohibito maiori prohibetur minus.

Enale. Hoc. c. eſt Aug. lib. de queſtionib⁹ ſuper Exo. Summa eſt q̄ nomine furti intelligitur prohibita etiam rapina, que grauius peccatum eſt quam furtum. Et diuiditur in duas partes. in prima dicit quod dictum eſt. in. ñ. aſſignat rationem dicti. ñ. ibi, non enim rapinā permiſit. Pro pleniori intelligentia huius capituli queruntur duo.

¶ Primū eſt vtrū rapina aliquo pcepto diuino ſit prhibita.

¶ Scōm eſt verum rapina ſit grauius peccatum, q̄ furtum.

Ad primum ſic proceditur, ✝ videtur q̄ rapina nō ſit prhibita aliquo precepto decalogi patet primo hoc diſcurrenti per ſingula precepta.

¶ Scōo ſic. Exo. xiij. filij iſrael exituri de egypto: ſpoliauerūt egyptios auferentes vaſa aurea, ⁊ argentea. ergo rapina ſiue ſpoliatio nō fuit prohibita aliquo precepto. ¶ In oppoſitū eſt capitulū preſens vbi Aug. vult q̄ ſit prhibita precepto illo non furtū facies. ¶ Reſpondeo dicēdū q̄ rapina ſm ſuam rōnē pprīā, que eſt cōtractio rei aliene violēta, ⁊ cōtra volūtatē poſſidentis in omni caſu in predicto precepto: nō furtū facies, prohibetur: probatur huiuſmodi cōcluſio ſatis in ter-

Primā concluſio. 2

3 Secūda concluſio.

Tertia concluſio. 4

Ad primum argumentū.

Ad ſecūdū.

Ad tertium.

Exponit literam.

Diuiſio.

Contra bu.

Quæſtio.

Primū arg.

Scōm arg.

Opponit in contrarium.

Reſpondet.

Ad primum arguñ.

Ad secūdū.

Primū arg.

Secūdū ar.

Tertiū arg.

Opponit et respondet.

Ad primum argumentū.

Ad secūdū.

Ad tertium.

Exponit literam.

patet etiam er illo Esa.lvj. Ego dñs diligens iudiciū, z odio habens rapinā. ¶Ad rationes in oppositum. Ad primum Respōdetur, ꝙ licet vocaliter non prohibeatur aliquo precepto: prohibetur tamen veraciter in eo quod minus est. ¶Ad secundum patet responsio in presenti.c. quoniam filij israel spoliantes egyptios nec commiserunt furtum, nec rapinam: cum fecerint mandato domini.

Ad secundum, sic procedit̄, + z videtur ꝙ furtū sit granius peccatū ꝙ rapina primo sic: furtū enim super acceptione rei aliene habet adiunctam fraudem z dolum, quod non est in rapina sed fraus et dolus er se habent rationē peccati. ergo furtum est grauius peccatū, ꝙ rapina. ¶Secundo sic. Verecūdia est de turpi actu, vt dicitur. iij. etbicorum, sed magis verecūdātur homines de furto, ꝙ de rapina. ergo ꝛc. ¶Tertio sic: quanto aliqnod peccatum pluribus nocet: tanto granius est, sed per furtū potest inferri nocumentū magnis z parvis: per rapinā autē solum impotentibus potest violentia inferri. ergo granius videtur esse peccatū furti, ꝙ rapine. ¶In oppositū est Aug. in.c. presenti. ¶Respondeo dicendū ꝙ rapina est granius peccatū, ꝙ furtū: ista conclusio patet. primo qz secundū leges grauius punitur rapina ꝙ furtū. ¶Secundo ratione sic: rapina z furtū habent rationē peccati: propter inuoluntariū per ignoratiā: in rapina autē est inuoluntariū per violentiam, sed magis est inuoluntariū per violentiam quā per ignorantiam: qz violentia directius opponitur voluntati. ꝙ ignorantia. ergo rapina est grauius peccatū, ꝙ furtū. ¶Ité probatur alia ratione sic: per rapinam non solū offertur alicui damnū in rebus, sed etiā vergit in quandā persone ignominiā, sine iniuriam. z hoc preponderat fraudi vel dolo, que pertinent ad furtū. vnde patet responsio ad primū. ¶Ad secundū respondetur negādo consequentiā. Et ratio est iurta sanctum Tho. qz homines sensibilib⁹ inherētes magis gloriantur de virtute exteriori, que manifestatur in rapina, ꝙ in virtute interiori, que rollitur per peccatū. Et ideo minus verecūdantur de rapina, ꝙ de furto. ¶Ad tertium respōdetur negando consequentiā. Et ratio est iurta sanctū Tho. qz licet pluribus posset noceri per furtū, ꝙ per rapinā: tamē grauiora nocumēta possunt inferri per rapinam, ꝙ per furtum. vnde etiā ex hoc rapina detestabilior est. Lege. ¶[Penale] id est dignū pena: etiam eterna. bug. [occulte.] hoc est furari [visibiliter]. i. publice, hoc est rapere. bu. z archi. siue occulte per furtū, siue palam: scz per rapinam. [habet preceptū suū] id est vtrūqz prohibetur illa prohibitione: scz non furaberis. Exo. xx. z Deuter. v. [omnis illicita]. i. omnis species illicite vsurpationis. Et per consequens rapina intelligitur prohibita cum dictū est non furaberis. Non enim rapinam permittit qui furtū quod minus est prohibuit. ar. + ꝙ maiori prohibito minus prohibetur. xliij. dist. nulli[sa parte]. i. rōne partis. i. nomine furti: furrū enim secundum ꝙ dicitur a furuo z rapina sunt species illicite vsurpationis. Et ita partis subiective generis: quia subiicitur ei, z predicatur de ea z ita furtum in vna significatione est sicut pars: in alia sicut totū vniuersale: habens sub se diuersas species, sed cum dicitur non furaberis, nomē furti extendit: z comprehendit omnem illicitam vsurpationē rei aliene inuito domino animo lucri faciendi i, psam, vel vsum vel possessionem eius. Aug.

His autoritatibus, s. est, in quo concludit Gratianus ex omnibus predictis capitulis a principio questionis ꝙ ex rebus acquisitis eleemosyna fieri non debet.

Sed Augustinus, in qua ostendit ꝙ de aliquibus male acquisitis in quib⁹ transfertur dominiū pōt fieri eleemosyna: z inducit ad hoc sequens capitulum.

Si habetis aliquid de malo, Hoc.c. est beati Augustini de verbis domini sm Lucam sermone. xij. Summa est + ꝙ de male acquisito pōt quandoqz fieri eleemosyna. Lege. ¶[Si] habetis aliquid de malo] tribus modis exponit hoc.c. z bene. Aug. aliquid de malo. i. aliquid acquisitū illicite scz per furtum, per rapinam, vel vsuram: vbi non transfertur dominiū: facite inde bonū scz reddendo quibus ablatum est, vel eorum heredibus vt distinctum est supza. ¶Secundo aliquid de malo. i. aliquid acquisitum cura z solicitudine [facite inde bonum] errogādo pauperibus: cura et solicitudo z labor dicitur malum. i. pena. de qua Gene. iij. dicitur, maledicta terra in opere tuo, in laboribus comedis, in sudore vultus tui ꝛc. ¶Tertio aliquid de malo. i. acquisitum cum Petro z intelligatur de eo: in quo transfertur dominiū vel secundum alios vbi non datur repetitio. bu. [nūm tuū] videtur loqui de illis: vbi translatū est dominiū tu remanes malus. hoc multi faciūt: scz dant eleemosynas z tamen non cessant peccare, z sunt taliū opera bona non meritoria vite eterne sed alicuius boni temporalis, vel minoris pene. bu.

Sed hoc. Exponit gratianus precedens capitulum trib⁹ modis. primo ponitur prim⁹ [nomine etiā]. ij. expositio. de mammona iniquitatis. Luce xvj. de diuitijs laboribus z solicitudine acquisitis, que solicitudo sepe est causa iniquitatis [alias ex malo]. iij. expositio de ista inducit capitulum sequens ad ostendendum ꝙ de bis que cum peccato acquiruntur potest fieri eleemosyna.

3 ☞ Eleemosyna an possit fieri de male acquisitis.

2 Acquisitum illicitum potest esse aliquid tripliciter.

3 Meretrix potest facere eleemosynā de eo quod acquirit per meretricium.

4 Histrio potest facere eleemosynam de eo quod acquirit per histrionatum.

9 Dedicus aduocatus iurisperitus z officialis licite possunt recipere pro laboze eorum in causis.

6 Testis z iudex a nulla parte debent accipere.

7 Iniuria fit ei cui debitum negatur.

8 Aduocatus pōt vendere iustū patrocinium, sed non iniustū. Jurisperitus potest vendere verū consiliū, sed non falsum.

Non sane, Hoc.c. est beati Augustini ad macedonium. Summa est in rubro vel quod sepe de bis que male acquiruntur potest fieri eleemosyna. Et diuiditur in duas partes. In prima ostendit que persone licite in causis recipiunt aliquid pro laboze suo, z que non. in secunda ostendit que de illicite acquisitis possunt erogare pauperibus, et que non. ¶Pro pleniori intelligentia huius. c. quod ad secūdam partem que principaliter respicit propositum queritur. + Utrū de illicite acquisitis vt de meretricio, de histionatu, z per ludum alearum possit fieri eleemosyna. Et videtur quod non. Deutero. xxiij. Non offeres mercedem prostibuli in domum dei tui. ¶Secundo sic: ex. c. eleemosyna eadem. q. vbi dicit Gregorius. Eleemosyna illa oculis redemptoris nostri placet que non ex illicitis, z iniquitate exigitur, sed que ex rebus concessis et bene acquisitis impenditur. ¶Tertio sic: dicit Gregorius z habetur. j. q. j. nō est putanda eleemosyna: si pauperibus dispensetur, quod ex illicitis rebus acquiritur, sed exercere se in opere histrionatus est illicitū. ergo ex acquisitis per histrionatū nō potest fieri eleemosyna. ¶Quarto sic: de acquisitis per ludum alearum quod nō possit fieri eleemosyna sic: illuc quod perditur in ludo alearum potest repeti. ff. de aleatoribus. l. vltima, sed de nullo acquisito illicite de quo deberur repetitio: potest fieri eleemosyna. ergo ꝛc. ¶In oppositum sic: de illicite acquisitis in quib⁹ transit dominium nec competit illi a quo acquiritur repetitio potest fieri eleemosyna: vt superius dictū est, sed omnia huiusmodi de quib⁹ arguitur hic sunt huiusmodi. ergo de eis potest fieri eleemosyna. Respondeo dicendum + quod tripliciter potest esse aliquid illicite acquisitū, vt dicit sanctus Tho. in. ij. ij. vno enī modo ita quod id quod illicite acquiritur debeatur ei a quo est acquisitum: nec potest ab eo retineri, qui acquisiuit: sicut contingit in rapina, z furto, z vsuris. Et de talibus est prima conclusio quod de talibus non potest fieri eleemosyna cum talia sint restituenda: talis quidem eleemosyna que faciat im potentem ad restituendum idem, vel equivalens: non est bona. ¶Alio modo est aliquid illicite acquisitum, quod quidē ille qui acquisiuit non potest retinere: nec tamen debetur ei, a quo acquisiuit: quia scilicet contra iustitiam accepit: z alter contra iustitiam dedit: sicut cōtingit in simonia: in qua dans et accipiens contra iustitiam diuine legis agit. de tali est secunda conclusio quod tale per simoniam acquisitum non est restituēdum ei: qui dedit, sed debet in eleemosynam erogari. Et eadem ratio est in similibus: in quibus datio et acceptio est contra legem dei. ¶Tertio modo est aliquid illicite acquisitum non quidem quod ipsa acquisitio sit illicita, sed qz illud ex quo acquiritur est illicitū: sicut patet de eo: quod mulier acquirit per meretricium. Et hoc proprie vocatur turpe lucrum. et de isto conclusio tertia + quod de eo quod mulier per meretricem acquirit potest facere eleemosynā. patet qz licet mulier meretricium exercens turpitudinem agat: z contra legem dei: accipiendo tamen mercedem: nec iniuste agit; nec contra legem. vnde tale sit licite acquisitū z retineri potest, et de eo fieri potest eleemosyna. ¶Quarta conclusio. de acquisitis

Exponit literam.

Diuisio.

Questio.

Primū arg. Scōm arg.

Tertiū arg.

Quartū ar.

Opponit in contrarium.

Respondet.

Prima conclusio.

Secūda conclusio.

Tertia conclusio.

Quarta conclusio.

acquisitis per histrionatū potest fieri eleemosyna. patet ista conclusio: qz sic acquisitū transit in dominiū acquirentis: nec cōpetit repetitio illi, vel alijs a quibus aliquid per histrionatum acquiritur. ¶Quinta conclusio. de acquisitis per ludū alearū potest in aliquibus casibus fieri eleemosyna, et in aliquibus nō pro cuius cōclusionis probatione notandū iurta sanctū Tho. in. ij. ij. qō. xxxij. ar. vij. ꝙ circa illa que per aleas acquiruntur videtur aliquid esse illicitū ex iure diuino: scz ꝙ aliquis lucretur ab bis qui rem suā alienare nō possunt: sicut minores etate, z furiosi, z bmōi. ¶Secūdo ꝙ aliquis trahat aliū ex cupiditate lucrandi ad ludū. ¶Tertio quod fraudulenter ab eo lucretur, z in bis casibus est conclusio. ꝙ de tali acquisito nō potest fieri eleemosyna: qz in illis casibus tenetur, aliquid antē vlterius videtur esse illicitū ex iure positivo ciuili, ꝙ prohibet vniuersaliter tale lucrū, sed qz ius ciuile nō obligat oēs, sed eos solos qui sunt bis legibus subiecti: z iterum per diffuetudinē abrogari possunt. Et ideo apud illos qui sunt huiusmodi legibus astricti tenētur vniuersaliter ad restitutionem qui lucrantur: nisi forte contraria consuetudo prenaleat, aut nisi aliquis lucratus fit ab eo, qui traxit eū ad ludum: in quo casu non tenetur ad restitutionem: qz ille qui amisit nō est dignus recipere nec potest licite retinere tali in re positivo durante. vnde pōt de tali fieri eleemosyna in hoc casu. ¶Dis babitis dicendum est ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur dupliciter. primo negando consequentiā quoniam licitum est aliquid dare homini quod non licet offerre deo. vnde Hieremie. ij. nec quidquā frumenti aut mellis offerebatur in sacrificio dñi, primitias tantum eorum offerebatis. ¶Secūdo respōdetur ꝙ licet de acquisitis de meretricio eleemosyna fieri posset nō tamen sacrificiū aut oblatio ad altare. Tum propter scandalū. Tum propter sanctorum reuerentiam, vt dicit sanctus Tho. ¶Ad secūdam respondetur quod dictum Gregorij intelligitur quādo illicite acquisita non transeunt in dominiū acquirentis: vt illicita dicantur quia iniuste acquisita z iniqua: qz iniuste non secundum equitatē iuris possessa. ¶Ad tertiam respōdetur simili modo, quod dictum Gregorij intelligitur de illicite acquisitis: vbi non transfertur dominiū in acquirente, vt in furto, z vsura. ¶Ad quartam respōdetur quod in casu in quo in acquisito per ludum alearū non transfertur dominium, z competit repetitio, conceditur, ꝙ non potest fieri de tali eleemosyna: in casu vero vbi trāsfertur dominiū nec competit repetitio, potest fieri: vt iam satis est explicatū circa quintā conclusionē. Lege. ¶[Non sane.] in ista prima parte dicit Augustinus + quod medicus et aduocatus z iurisperitus z officialis licite possunt recipere pro laboze eorum in causis, sed aduocatus z iurisperitus ab vna parte: officialis ab vtraqz.

+ Testis vero z iudex a nulla parte debet accipere, z si testis vel iudex accipit peccat, z plus peccat si accipit pro malo testimonio vel iudicio, ꝙ si pro bono. In secūdo articulo dicit, ꝙ iudex, testis vel officialis z aduocatus z iurisperitus licite distribuunt pauperibus ea, que in causis acquirunt: etiā cum peccato, sed illi qui furto vel rapina vel inuasione alia acquirunt ea non possunt erogare pauperibus, sed debent ea reddere illis, quibus sunt ablata. Sumitur tamē autoritate iudicis. Nam si propria autoritate boc faceret, peccaret, z caderet a causa: cum nemo sibi ius debeat dicere. vt. xvj. q. vj. c. j. z ij. Aug. [accipiuntur] per iudicem in iudicio. Aug. Bern. archi. C. de suffrag. l. j. ff. archi. [potius per iniuriam] quasi diceret potius iniuriam faceret, si nō solueret quod deberet.

7 Et est arg. + quod ei fit iniuria: cui debitum negatur. Aug. [Sed non ideo] quasi dico ꝙ medico z operario licet accipere, sed non cuilibet licet exigere, vel accipere aliquid pro officio suo. [iustum iudicij] maxime. archi. Sed bu. dicit ꝙ ideo

8 sit locutus est + quia aduocato licet vendere iustum patrocinij sed non iniustum, z iurisperito verū consilium, non falsum: z iudex vel testis magis peccat vēdendo falsum iudicij, vel testimonij, ꝙ verum. illi enim] scz iudex, z testis [interveniēs.] iudex enim equaliter ad ambas partes se debet habere pront ius dictat pronūtiare; non motus odio, vel amore alterius partis. Similiter testis equaliter se debet habere ad vtranqz partem: nullo habito respectu ad alterutrā partē debet verum dicere, z falsum tacere: ad quod etiam iuramento compellitur. vt. ij. qō. iij. nullam [isti] scz aduocatus, z iurisconsultus ex vna parte. ista materia distincta est supza. xj. qō. iij. non licet. [cū indicia z testimonia ꝛc. Jordina sic. testimonia iniqua z falsa venduntur que nec iusta nec vera vendenda sunt [sceleratus.] hoc fit: quoniam si venderētur iuste in hoc casu plus peccat, qui falsum iudicium aut testimonij vendit, ꝙ qui vendit verū iudicium. Et ratio est: qz primus

Exponit literam.

Archid.

a ¶Videre in a stū patrocinij. addē etiā ñ partes trā sigant etiam opera ipsius aduocati gl. i. l. si litis. ff. mādati. bal. in. l. j. in. v. q. C. de suffra. Collect. in. c. prout. nu. 5. de dolo. Et tale salariū

Diuisio.

eraśmittit ad heredes Jarebuffi. in. l. j. nu. 2. vers. salariam. C. de lega. lib. x.

¶Questio. vj.

Quod vero penitētia agi non possit. Hic incipit quest. vj. scilicet an vsurarij possint agere penitentiam nisi restituant vsuras. Et diuiditur in quatuor partes. in prima probat per capitulū Augustini, quod non agitur digna penitentia: si res ablata aut detenta restituatur. Jo. de archi. Et ad boc inducit. c. sequens.

2 ☞ Casus in quibus excusatur quis ne restituat ablata.

4 Papa potest dispensare quod bona clericorum siue ecclesiarum iniuste habita non restituantur si videt boc vtile esse ecclesie etiam extra casum necessitatis.
Idem si bona sunt personarum siue laicorum qui immediate subsunt ecclesie. nu. 5.
Et quid si subsunt iurisdictioni principū secularium. nu. 6.

7 Papa extra casum necessitatis non potest dispensare cū rapto ribus vsurarijs z similibus quin teneantur restituere bona personarum secularium.

8 Illicitum dicitur aliquid dupliciter.

12 Ablatum potest esse in quadruplici differentia.

13 Damnificare aliquē in bonis spūalib⁹ aīe intelligit dupliciter.

14 Occasio dāni anime alteri⁹ potest quis esse quadrupliciter.

15 Damnificans aliquem suadendo consulēdo vel precipiendo ad peccatum tenetur modo sibi possibili restituere damnum.
Et quid de bis qui damnificant malo exemplo. nu. 17.

16 Renocans aliquem ab ingressu religionis ad quid teneatur.

18 Damnificans aliū in bono fame z bonoris tenetur ad restitutionem.

19 Ledere alium in fama z bonore contingit quatuor modis.

20 Prelat⁹ si direrit verba cōsumeliosa subdito facies boc ad correctionē non tenetur ei petere veniā. Similiter nec pater filio: nec magister discipulo, nec dñs seruo, nec marit⁹ vroxi.

21 Restitutio siue satisfactio fame debet fieri quam citius potest fieri quando notabilis est.

22 Damnificatio que fit in bonis corporis per lesiones contin-

gīt fieri quatuor modis.
Et qualiter sit fienda restitutio. num. 23.
24 Occidens hominem qualiter teneatur ad restitutionem.
25 Bannificare aliquem in bonis fortune cōtingit dupliciter.
26 Inueniens aliquam rem ꝙ teneatur ad restitutionem.
Et quid si nescit cui debeat restituere. nu. 27.
28 Lucrum habitum ex iniuste acquisitis an sit restituendum.
29 Illicite dare dicitur aliquis aliquid dupliciter.
30 Rapina totaliter est restituenda.
31 Questores sancti Antonij vel alij quicūq; nullo modo possunt sibi retinere ea que illis pauperib⁹ vel locis pro quibus petuntur dantur: possunt tamen viuere super questus.
33 Cooperator ad damnificādum tenetur restituere totū illud damnum: ad cuius totalitatem est cooperatus.
34 Consulens quando dicatur cooperari efficaciter.
35 Adulator qui teneatur ad restitutionem.
37 Conscientiā habēs de re quod sit aliena: tenet illā restituere.
38 Notarij facientes scienter chartas de debito vsurarū ac si sit debitū legitime ꝛ absq; vsura tenent reddere vsurā acceptā.
39 Recipiens de bonis alterius quantum sibi alius tenebatur: an teneatur accepta restituere.
40 Restitutio an semper sit facienda ei a quo aliqd acceptū est.
41 Casus in quibus restitutio non est facienda ei a quo aliquid acceptum est.
42 Prescriptio an excuset a restitutione rei aliene.
43 Res ecclesie non prescribitur nisi bona fide continua.
44 Clericus furem captum in domo sua non debet tradere iudici seculari.

Diuisio.

SIres. Hoc. c. est beati Augu. in. ij. epistola ad macedonium. Summa est in rub. Diuiditur autē in. iiij. partes. in prima dicit ꝙ nō remittitur peccatū nisi restituatur ablatū: si restitui potest. in. ij. ꝙ si quis restituere tenetur dicat se nō posse restituere, ꝛ inhibetur de hoc, est verberibus subiciendus. in iij. ꝙ ecclesia pro tali apud iudicē secularē potest intercedere non tamen vt ablata nō reddantur. in. iiij. ꝙ ecclesia non debet talem subijcere pene temporali; nec eum ad hoc tradere iudici seculari: comminari tamē debet ei aliquādo clam: aliquando manifeste secundū diuersitatē personarū. ij. ibi, tuic certe. iij. ibi, sed non inhumanum. iiij. ibi, sed nunquid nos. Pro pleniori intelligentia huius capituli queruntur ser.

1 ¶Primum est vtrum restitutio ablatorum sit de necessitate salutis.
3 ¶Secundum est vtrū potest fieri dispensatio quod ille qui tenetur ad restitutionem non teneatur restituere.
9 ¶Tertium est vtrum qui tenetur restituere teneatur statim restituere.
10 ¶Quartum est vtrum qui iurauit vsurario aut latroni ablata non repetere: teneatur non repetere.
11 ¶Quintum est vtrū de omni ablato sit restitutio facienda.

Primū arg. 1

Ad primum sic procedit, ꝛ videtur ꝙ restitutio ablatorum nō sit de necessitate salutis. Nullus tenetur ad impossibile sed restituere bona ablata anime, vel corporis vel etiā bonorum fortune est sepe impossibile. ergo ꝛc. dicit enim Hieronym⁹. Qui diverit idē impossibile precepisse anathema sit. ¶In oppositū arguit. ex. c. presenti: vbi dicit nō dimittit peccū ꝛc. Rūdeo dicendū, ꝙ restituere ablatū iniuste stante possibilitate restitutionis, sit de necessitate salutis. ista cōclusio probat primo sic iuxta scotum in. iiij. di. xv. sicut auferre alienū est peccatū mortale, ꝛ cōtra preceptū diuinū negatiuū: scz non furtū facies. ita ꝛ tenere alienū: ideo sicut necessariū est seruare precepta negatiua: ita necessariū est non tenere alienū dño inuito. Et per

Opponit in contrarium, Respondet,

S. Thom.

ois necessariū est vel statim reddere, vel statim velle reddere. ¶Secūdo sic iuxta sanctū Tho. in. ij. ij. q. lxij. ar. vj. Restitutio est actꝰ iustitie cōmutatiue, que in quadā equalitate consistit. Et ideo restitutio importat redditionē illius que iniuste ablata est. Sic enim per iteratā eius exhibitionē equalitas reparat. Cū ergo seruare iustitiā sit de necessitate salutis consequēs est ꝙ restituere iniuste ablata sit de necessitate salutis. ¶Ad argumentū in oppositū dicendū, ꝙ in quib⁹ nō potest recompensari equivalens: sufficit ꝙ recōpensetur, qō possibile est. Et si nō potest actu necessario: tamē requirit ꝙ sit in proposito ꝛ voluntate restituendi quod ablatū est, vel equalēs secūdum facultatē patam. † Nota hic ꝑm Petrū de palude plures casus in quibus excusatur quis ne restituat ablata. primus est, propter impossibilitatem hactenus: in qua debet consyderari si est equalis necessitas in illo qui est creditor respectu sue necessitatis: tunc iustū est alium superuenire de suo, quā istū de alieno. Nam si esset extrema necessitas que facit omnia communia melior est cōditio possidentis. ¶Secundus est quādo remittitur per creditorē: nisi sit talis persona que nō habeat administrationē, vel que nō pōt donare, vel qñ iure est cautū, ꝙ remissio non valet: tunc non excusat sicut in iudice delegato. extra de reseri. statut. li. vj. ¶Tertius est quando recompensatio fit sicut in foro contentioso liquidi ad liquidū fit cōpēsatio. vt mihi debes. x. Ego debeo tibi alia. x. neuter alteri soluere tenetur, sed pōt vtrūq; recōpēsari sic. ¶Quartus est si res debitoris ad me peruenit per modum pignoris: possum retinere quousq; mihi satisfecerit. ¶Quintꝰ est excusat pscriptio si iusto titulo bona fide semper fuerit res aliena possessa non vitio furti, aut violentie vitio affecta cōpleta prescriptione iuris autoritate potest licite retineri: aliter non. extra de prescrip. c. vigilanti.

Scōs casus.

Tertius casus.

Quartus casus.

Quintus casus.

3 **Ad secundum** sic, ꝓcedit, ꝛ videt ꝙ usurarius vel fur, vel raptor possit in aliquo casu absoluī ab obligatiōe restitutiōis papa dispensante primo necessitate fidei vtpote peregrini terre sancte sic super illud. xxiij. dist. nunquid legistis. Quid dicit Dauid: qñ necessitatē habuit. dicit glo. ꝙ non est licitum in lege necessitas facit licitum. ergo non restituere alienū quod est simpliciter illicitum ex necessitate efficitur licitum, sed nulla est maior necessitas, qm illa que est fidei. ergo in necessitate fidei licitum est non restituere debita habita dispēsatione cōtra obligationē restitutionis. ¶Scō sic: ofa bona sunt ipsius ecclesie, ergo summo ꝛ generali dispēsatori ecclesie est licitū bona ecclesie rapta ꝛ detenta ipsius raptoribꝰ dare. Et hoc videt cōfirmari ex illo facto dñi, qui populo israel bona quibꝰ spoliauerāt egyptios asportare precepit nulla illis facta restitutione. ¶Tertio sic: necessitas absolvit filios israel ab observātia sabbatī: ad quā tenebātur ex precepto dñi: sicut patet. j. Machab. ij. sed non minus obligat preceptum de observādo sabbatum: quam necessitas restituendi aliena. ergo videt imminente necessitate ꝛ maxime fidei absolui potest quis ab obligatione restitutiōis. ¶Quarto necessitas corporis facit licitum quod simpliciter est illicitū: sicut furari aliena in vltima necessitate. vt patet de conse. di. v. discipulos. Simili ratione vel fortiori videtur, ꝙ necessitas spiritualis scz fidei faciat licitum illa non restituere. ¶In oppositū videtur. c. ep̄s vbi dicit Aug. ꝙ non dimittit pctū nisi restituatur ablatū.

Ad primum arguit.

Secūdo casus.

Tertia conclusio.

4 ¶Respondeo sub certis conclusionibus. prima est ꝙ si bona iniuste habita sint de bonis clericorū siue ecclesiarū: papa potest dispēsare ꝙ nō restituant; si videat boc vtile esse ecclesie: etiā extra casum necessitatis quōmodo appareat ecclesie vtilitatis. patet conclusio qz papa est generalis dispensator ꝛ administrator taliū bonorū ecclesiasticorū. ¶Scōa cōclusio. † Si bona illa iniuste habita sint laicarū personarū que immediate subsint iurisdictioni ecclesie est conclusio secūda

Secūda conclusio.

5 quoddam, ꝙ similiter pōt papa dispensare. † Si vero accepta sunt illa bona de bonis laicorū, qui subsunt iurisdictioni principū secularium tunc est 2a conclusio domini Petri de palude ꝙ in casu necessitatis ecclesie pōt etiam dispensare ad subueniendū tali necessitati ꝓbatur cōclusio: qz in casu necessitatis ecclesie oīm fideliū sunt magis cōia ꝛ debita ad subueniēdum tali necessitati: qm necessitati corporalia private persone in casu tamē necessitate maxime extrema sunt omnia communia: quilibet tenetur de bonis suis subuenire tali necessitati: ꝛ bona cuiuslibet in hoc casu sunt cōmunia. vnde potest dispensare cum illis qui pōt subuenire necessitati, ꝙ nō restituāt bona etiā personarū secularium iniuste habita: hoc tamē obseruato, ꝙ ab aliis a quib⁹ pōt cōmode fieri: accipiāt secūdum ratā suā ad restituēdū partē illorū bonorū illis: a quib⁹ fuerūt accepta, vel ꝙ tantū minus ab illis accipiat: qz nō alij qui soli de necessitate sed cōmunitas tota ꝛ quilibet secundū proportionem debet portare onus cōmunitatis: hoc obseruato non fit contra iustitiam: ꝛ in hoc dispēsatio pape est declaratio iuris. vltima conclusio † extra casum necessitatis nō videtur ꝙ papa sic cum raptoribus ꝛ vsurarijs, ꝛ similibus possit dispensare: quin teneantur bona personarū secularium restituere. patet cōclusio qz talium bonorum papa nō habet liberam dispensationē: magister vero Augustinus de ancho na ponit in summa quod papa non possit facere talem relationē propter quatuor incōueniētia que sequerētur primū est scandalum. Salua reuerentia istius magistri, existēte necessitate ecclesie nullum esset scandalum sed exemplū discrete prouidere. ¶Secundum inconueniens est: quia non esset certa conscientie absolutio: salua pace quia fideles scītes illud qō dictū est Petro ꝛ in petro successorib⁹. Quodcunq; ligaueris super terram ꝛc. videntes dispensationem illam in casu necessitatis eccleſie minime dubitarent: quin remissum esset

Tertia conclusio.

Quarta conclusio.

Aug. ō anc. Contra aug. de ancho.

Ad primum arguit.

Ad secūdū.

esset ei peccatum non facta restitutione bonorum oblatorum intercedente dispēsatione papali. ¶Tertium quod dicit se qui est ꝙ scelera manerent impunita. Salua pace hoc non sequeretur. vt patet manifeste. ¶Quartum incōueniēs quod dicit sequi est: ꝙ iniustum contra proximum committitur salua pace sua: nihil fit contra iustitiam in casu illo: vt dictū est. ¶His habitis dicendū est ad rationes in principio. Ad primam respondetur ꝙ in casu necessitatis ecclesie ꝛ magine fidei papa potest. Et ita argumentum conceditur als non procedit. † Aliquid enim est illicitum dupliciter. vno modo quia hz ppetuā malitiā. alio modo qz hz malitiā ad tēpꝰ. primū nō pōt fieri licitum ex aliqua causa. vñ nō est simile de exultione spicarum in sabbato: ꝛ de non restituendo ablatū. quia euelle re spicas in sabbato non habuit perpetuam malitiam: sed ad tempus: scilicet quandiu durauit lex. Sed furari rapere perpetuam habet malitiam. vnde restituere ablatum preceptum morale est. vnde ecclesia non potest dispensare in eo hoc precedit loquendo de dispensatione prout est iuris relaxatio: non autem, put est iuris declaratio. ¶Ad scōam respondetur negando consequentiam. Et enim dicitur ꝙ omnia sunt ecclesie ꝛc. potest dici: ꝙ ratio procederet de bonis ecclesiasticorū etiā extra casum necessitatis magne. de bonis vero laicorū in casu sicut dictum est. Scōo dicitur ꝙ papa potest dispēsare bona ecclesie: que non habent certos possessores non nisi exigentibus eorum demeritis dispēsare non potest: nisi in casu magne necessitatis ecclesie. Ad confirmationem de filijs israel respōdetur: ꝙ non est simile: sicut als dictum est quia illi inhēte dominio spoliauerunt egyptios ꝛ ideo restituere non tenebant quia a domino vniuersum; illa spolia erāt eis donata. alia concedimus iuxta superius dicta.

Ad primum argumentū.

9 **Ad tertiū** sic proceditur. † Et videtur ꝙ ille qui tenetur restituere sed potius pōt restitutionem differre. Primo sic. precepta affirmatiua non obligāt ad semper: sed necessitas restituendi imminet ex precepto affirmatiuo. ergo non obligatur homo ad statim restituendum. ¶Secūdo nullus ad impossibile tenetur. sz quādoq; aliquis nō potest restituere. ergo nullus tenetur ad statim restituēdum. ¶Sed in oppositū videtur illud Leui. xix. Non morabitur opus mercenarij apud te vsq; ad mane. ergo similiter in alijs restituatōibus faciēdis nō debet fieri dilatio sed statim restituere oportet. ¶Secūdo sic ex presenti capitulo vbi dicitur, ꝙ peccatum nō dimittit: nisi restituatur ablatum. sed nullo modo est differēda dimissio peccati. ergo nullo modo est differenda restitutio ablati. ¶Tertio sic. Precepta negatiua obligāt ad semper. ergo sicut nūq; est furādum. ita ablatum nūquam est retinēdum. ¶Respōdeo dicēdum iuxta sanctum tho. in. ij. ij. vbi. x. qō quilibet qui tenetur aliquid restituere statim cū potest debet restituere: vel petere dilationes ab eo: qui potest vsum rei cō cedere. Ista cōclusio probatur. sicut accipere rem alienam est peccatū cōtra iustitiam: ita etiam detinere eam. quia per hoc ꝙ aliquis detinet rem alienaz inuito domino: impedit eū ab vsu rei sue. ꝛ sic ei facit iniuriam. xm Manifestum est autem: qō nec per modicū tempus licet in peccato morari. sed quilibet tenetur statiz peccatū deserere ꝑm illud Ecclesiastici. xxi. quasi a facie colubri fuge peccatum. Et ideo quilibet tenetur statiz restituere: vel petere dilationem ab eo: qui potest vsum rei cō cedere. ¶Ad ratiōes in oppositum dicēdum est. ad primam negādo consequentiam. Et ratio est ꝑm sanctum Tho. quia preceptum de restitutione facienda ꝓuis ꝑm formā sit affirmatiuum: implicat tamē in se preceptum negatiuū: quo ꝓhiberetur rem alterius detinere. ¶Ad secundā respondetur ꝙ quando aliquis non potest statim restituere ipsa impotentia absolvit ab instanti restitutione facienda: sicut etiaz totaliter a restitutione absolvitur: si omnino sit impotens, debet tamē ab eo: cui debet remissionem vel dilationem petere per se vel per alium. ¶Ad rationes pro alia parte etiam respondētū est. Ad primam potest responderi, primo negando ad consequentiam quoniam non est equalitas in potentia restituendi statim in omnibus ablatis. ¶Secundo respondetur: ꝙ etiā in illo casu si possibilitas non adest statim soluendi mercenario cum licentia eius potest haberi licite dilatio. ¶Ad secūdam de capitulo ꝓsenti respondetur, ꝙ in casu licet restitutionem differre vtpote quando non est in soluendo: vel quando non inuenitur dominus rei furate vel eius heres tunc per cōfiliuz prelati potest fur vel raptor reseruare penes se quousq; inueniat dñm rerum. Et si non potest inuenire: debet reddere ecclesie: ꝛ ecclesia sine prelatus potest furi vel raptori: si valde indigens sit dare, quia in tali casu efficitur res illa ec. clesie, ꝛ tūc ecclesia potest illam dare cui voluerit. xm Modo ad capitulum ꝓsens dicimus: qō restitutio quandoq; dicitur habitus siue voluntas restituendi: quandoq; dicitur actus. Nō ergo dimittitur peccatum nisi ablatus: scz habitu: vel actu restituatur vel habeat voluntatem restituendi. ¶Ad tertiā respondetur: ꝙ sicut egistenti in extra necessitate alienū sit preceptum: ita dispensatione necessitatis licet deferre actum restitutionis sicut tactum est.

Ad tertiuz.

10 **Ad quartū** vbi queritur † de illo qui iurauit nō repetere ab vsurario, vel fure vel raptore. Respōdetur secūdū Ray. ꝙ non repetet directe ꝓpter iuramentum: sed indirecte bene repetet: scz denuntiando ecclie crimen illius. vt sic compellatur ad penitētiam quam nō potest facere nisi restituatur. Si vero iurauit non denuntiare nō tenet iuramentum cum sit illicitum vt pote cōtra salutē proximi. vñ hoc nō obstante denuntiare potest. extra de cognā. spirituali. c. tua. et de iureiuran. quēadmodum. Concor. Hoff. et Host. addens: qō etiam si debitor iurauerit non repetere: nec recipere vsuras: nihilominus vsurarius debet cogi ad restitutionem: et in hoc casu erit pecunia pauperibus eroganda.

Rūdet. Raymūd⁹.

Hoffredus. Hostiensis.

11 **Ad quintum** sic proceditur. † Et videt ꝙ non omne iniuste ablatū sit restituendum. Primo sic. nullus obligatur ad impossibile sed si ablata sint bona anime est impossibile illa restituere: vtpote si qs retraxit aliquē a religione dānificauit eū in bonis aīe: que habiturus erat in vita religiosa: et religionem que vtilitatez habitura erat ex persona illa. ergo ꝛc. ¶Secundo sic. Committere peccatum non est de necessitate salutis: vt patet sed qñq; illud quod aufertur non potest restitui sine peccato: puta cuz aliquis famam alicui abstulit verum dicendo. ergo restituere ablatum non est de necessitate salutis. ¶Tertio impossibile est restituī quod alicui ablatum est in bonis corporis. vt puta si abstulit membrum alicui vel vitam. ergo ꝛc. ¶Quarto sic. ille qui impedit aliquem ab aliquo bono cōsequēdo videtur ei auferre. quia quod modicum deest quasi nihil deesse videt. vt dicit philosophus. ij. physico. Sed cū aliquis impedit ne quis consequatur prebendam: vel aliquid huiusmodi: non videtur ꝙ teneatur ad restitutionem prebende quia quandoq; non posset ergo ꝛc. ¶Quinto quid cū non reperitur aut nescitur cui ablatū fit restituēdū. ¶In oppositū videt colligi ex. c. ꝓsenti vbi vniuersaliter loquit: ꝙ nō dimittit pctū: nisi restituat ablatū. ¶Rūdeo dicēdū ꝙ qz ablatum potest esse quadruplici differētia ese ꝑm ꝙ damnū qō infertur. primo quadrifariū est: quia vel est damnū in bonis anime: scz in virtutib⁹ theologicis: vel moralibus. Scōo pōt esse in bonis fame ꝛ honoris. Tertio in bonis corporis. Quarto i bonis fortune. Ideo de quadruplici restitutione restat dicendum ꝙ ordinem ꝑm ordinē argumētorū: ꝛ sic erūt quatuor articuli. In ꝓma loquimur de restitutiōe fienda bonorū ablatorū anime.

Primū arg. Primum casus.

Primus arg.

Augustin⁹. Ambro.

13 Circa quam primo notandum est † ꝙ damnificare aliquez in bonis spūalib⁹ anime pōt intelligi dupliciter. vno modo directe: et hoc modo nullus pōt aliū damnificare directe in bonis spūalib⁹ anime: scz virtutib⁹ quia tales infuse aut acquisite non perduntur: nisi p peccatū mortale fiue per actꝰ vitiosos. pctī. aūt adeo est volūtariū ꝑm augustinū de vera religiōe ꝙ si nō est volūtariū nō erit pctm. Et Ambrosiꝰ ōt. Nemo tenetur ad culpam: nisi ꝓpria voluntate deseruerit. xv. q. j. ¶Scōo mō pōt aliquis intelligi damnificare aliū in bonis talib⁹ anime: scz indirecte. put quis pōt esse alteri occasio peccati. Et quia vt decretalis dicit. Qui occasionē damni dat dānum dedisse videtur. extra de iniurijs et damno dato. ca. vlti.

Augustin⁹. Ambro.

14 † Est autem aliquis occasio damni anime alteri? quadruplici citer. Primo modo verbo aliū ad peccatum inducendo. Secūdo a meliori bono retrahendo. Tertio a malo exemplo scā dalizando. Quarto seductorie virginem deflorando. Quātū ad primū inducit quis aliū ad peccatum verbo suadendo: cōsulendo: vel precipiendo id: quod est mortale. Et per hoc auferetur gratia: ꝛ virtutes. vnde Augustin⁹. Si fratri tuo male persuades occidis. de pe. di. j. nolli. Et de tali. sic damnificāte

Augustin⁹.

15 est ꝓma 2a clusio, † ꝙ tenetur modo sibi possibili restituere dānum. Ista 2a clusio patet. qm damnificatio in bonis anime est multo peior: ꝙ damnificatio i bonis fortune: vt dici augu. li. retractationū. Si ergo de illis restituēda sunt damna: multo magis damna bonoz anime modo possibili: scz inducēdo eū efficaciter ad penitentiā ad actus virtuosos. Et si sola inductio sua non sufficit. quia facilius est hominem peruertere: ꝙ conuertere tenetur per orationes suas ab alijs ꝓcuratas impetrare sibi conuersionem. Et per aliorum suasiones efficaces dum tamē illis non ꝓdat peccatum occultum ꝓdicti. ¶Quantum ad secūdū scilicet in reuocādo aliquē a meliori

bono facit homo damnum alteri reuocādo a religiōe: in qua perfectius viueret ꝑ in seculo. Et de tali hoc modo damnifi-
16 cato est ꝛclusio. † ꝙ talis tenetur ipsum reuocatū ab ipso re-
ducere ad ingressum religionis siue ingressium. Nam secundū
Petrus de palude. Petrum de palude in quarto non solum ille qui induxit pro-
fessum ad ingressum religionis tenetur ad inducendum ipm
ad reuersionem in religionē: sed etiam qui retrahit illū q̄ vo-
lebat ingredi nondum tamen ingressus fuerat: inducere eum
ad ingressū. Ꝺ si ipse nolit intrare tenetur aliquem idoneū
procurare: quod si non posset tenetur pro eo intrare, quod in-
telligens magister Raymundus ordinis predicatorū: quia
Raymun. querterat quēdam ab ingressu religionis pro eo intrauit. Ra-
tio est quia abstulit dño seruū suum nouitium: vel intrauit.
Francisc⁹ de mayronis. hec petrus de palude. Concordat dñs Franciscus de mayro-
nis. in. iiij. dicēs. qꝺ in tali casu quo aliquis fecit aliquē exire
religionez vel impediat ingressum: dicit ꝙ debet se ipm dare
pro illo: vel procurare equivalentem: vel facere quod in se est.
Scotus. Sed scotus in. iiij. dicat hoc verū esse de obligato ad religio-
nem obligatione professionis: non de eo qui erat disposit⁹ ad
intrandum: nec tamen intrauit. Ratio est quia interest inter-
esse in religione: z prope esse, vnde non tenetur ad tantam re-
stitutionem religioni ad ꝙtam ſ fuisset in religione: sed tene-
tur ad aliqualem restitutionem, scz ad aliqualem inductionē
ipsius: vel alterius equivalētis ad ingressum illius religiōis
Antonius. hec scotus. Idem videtur dicēdum ſm dominum archiepm.
florentinū: de eo qui auertit nouitium religionem ingressum
animo perseuerandi cum talis obligetur religioni saltem in
genere, hec autem intelligenda sunt ſ illum retraxit intētione
damnificandi religionē, quia tunc teneretur religioni. Si aūt
hoc fecit intentione consulendi ꝓprie vtilitati sine fraude: nō
tenetur religioni: sed persone: quam retraxit vt in persuasiōi-
bus z aliis bonis spiritualibus in quibus damnificauit illū.
Hostiensis. Richard⁹. Cōcor. Hosti. in summa. Idem richardus in. iiij. di. xv. dicēs.
ꝙ retrahens vtilem personam religionis ab ingressu eiusdez
causa damnificandi religionē: tenetur illi religiōi ad interesse
ſm arbitrium bonorum virorū. Si autem hoc non faciat pro
pter hoc: sed vt consulat vtilitati sue: siue temporali: siue spiri
tuali: non suggerens aliquod falsum: nec in fraudem: non te-
netur religioni ad aliquam restitutionem: sed persone cuius
profectum spūalem impediuit tenetur in spiritualib⁹ facere
restitutionem ꝙtum potest. Quātum ad tertium, de damni fi
cando alios modo exemplo: sicut scādalizāt prelati subditos
suos pōpis: z lasciuis, mulieres ornate viros suos vanitati-
bus z alij manifeste peccantes: z precipue quando hoc inten
dunt vel non scandalizare contemnūt: propter quod alij ruūt
17 in diuersa vitia, de talibus est ꝛclusio. † ꝙ tales tenent ad sa-
tisfaciendum bonis exemplis manifestis alios edificare: sicut
scandalizarūt malis operibus suis. ¶ Quantum ad quartū
modum damnificandi scz educendo virginem: z eam defloꝛā
do de restitutione facienda tali dāno loquitur Exo. xxij. Ꝺi
seduxit virginem, z dormit cum ea: dotabit eam vxorem, aut
reddet illi iuxta morem dotis quam virgines solēt accipere.
damnificat enim talis illā in castitate virginali: auferendo ei
illicite thesaurū irrecuperabilem, vnde teneꝰ ei saltē ad resti-
tutionem castitatis ꝛiugalis: accipiēdo eam in vxorē: vel do
tando. Et si quidem promisisset ducere eam in vxorez tenere
tur ad hoc ratione promissiōis: nisi esset nimis dispar ꝺditio
et tunc faciat ad arbitrium boni viri. Idem vero dicendū est
quādo alter seduxit ꝑ alio vel molestauit. Quānis autē prece
ptum allegatū legis mosaice sit iudiciale: z in⁹tus hmōi nō
obliget obligat tamē in⁹tum est sumptum pro statuto ab ec
clesia. vt extra de adul. c. j. vel ab aliq̄ ciuitate: sicut pt3, extra
de insur. z damno da. c. j. z sequētib⁹. z hec de ꝑmo. ¶ Quātū
ad scōm articulū vbi videtur est, quomodo damnificās fa-
18 ma z honore debeat satisfacere pro quo sit ista ꝛclusio. † dam
nificans alios in bono fame z honoris teneꝰ ad restitutionē.
§ Ad restitu-
tionē. Quid
dicaꝰ fame
restitutio, vi
de Bal. i. l. si
qua. C. ad ter
ru. Et ꝙ fa-
mā grauius
est perdere
quā res. per.
de anc. in. c.
prelatorum.
nu. 3. de accu
satio.
a ¶ Restitu-
tio facienda.
Restitutio an
sit difficilius
personale vt
reale: vide bar
tol. in. l. ſi. ff.
de furtis. l. fal-
sus. ſ. qui alie-
nū. q. alienū qd facens
in terra lucri faciēdi causa subtrahit: furti astringit: siue sciat
cuius sit: siue ignoret. Et hoc rationabile est: q. ex quo scit rē
ſnam non esse supponere debeat eam de iure ad alium perti-
nere. ¶ Surgit questio, † quid si forte nescit cuius est cui dz
restituere. Respondeꝰ ꝙ tunc debet ipse diligentem operam
dare: vt sciat cui⁹ est res illa iniusta. quē ſ inueniat reddat sibi
ſ non inuenit: potest ad tempus seruare cū intentione reddē
di illi: cuius est quando reperietur: vel pro anima ipsi⁹ cuius
est in pauperes erogare. vel illi cui incūbit cura de re publica
restituat. vnde non potest rem illam retinere ſm communem
opinionem: nisi in casu necessitatis. De iniuste acquisitis est
cōclusio. ꝙ cum in tali casu possessor bono titulo z bona fide
careat in re sic acquisita: non potest eam retinere: sed tenetur
illam restituere. Quodi iniuste acquisitionis sunt multi: z ꝓ
pter eoꝝ varietatem sub certa regula non possunt comprehē
di: ſ multi tacti sunt in superiori questiōe: scz de usura: de ra
pina: de furto: de meretricio: de ludo alearū: de histrionibus
28 ꝛc. ¶ Sed hic surgit questio, † vtrū illud quod iniuste est acq
situm est solum reddēdum vel cum eo reddēdum lucrū: inde
habitū. verbi gratia. extorsit a te cētum libras per iniustitiam
vsurarum: cum quibus centum libris quinquaginta libras li
cite acquisiuit: tunc est dubiū: an solum teneat restituere cētū:
vel centū quinquaginta. ¶ Respondeo quidquid dicant alij
dicendum est iuxta Sanctū tho. in. ij. ij. distinguendo. qꝛ res
quedam sunt quarum vsus est ipsa rerū cōsumptio: que non
habent vsumfructum scōm iura. Et de talib⁹ ponit cōclusio
ꝙ si talia fuerūt per vsurā extorta: puta denarij: triticū: vinū
et aliquod huiusmodi non tenetur ad restituendū nisi id qō
accepit. quia illud quod de tali re est acquisitum nō est fruct⁹
huius rei: sed humane industrie: nisi forte per detentionē ta-
lis rei alter sit damnificatus amittēdo aliquid de bonis suis
tunc enim tenetur ad recompensationē nocumenti. Quedam
vero res sunt: quarū vsus non est earū consumptio: z talia ha
bent vsumfructum: sicut domus: ager: z alia hmōi. Et ideo si
quis domū alterius vel agrum per vsuras extorsisset: nō solū
tenetur restituere domum vel agrum: sed etiam fructus inde
perceptos. quia sunt fructus rerū ipsarū quarū alius est dñs.
et ideo ei debentur. ¶ De tertio scz turpiter acquisitis: puta
per simoniā: per histrionatū: per ludum alearum: per meretri
cium: est opinio quorūdam ꝙ sic acquisitum est restituendū
imo etiā omne lucrū inde prouenies. Sed opinio ista non
teneꝰ. et supra circa principiū quinte questiōis est dictū 2tra
rium. Unde est alius modus dicendi qui nobis videtur
rationabilis: iuxta superius determinata et iuxta Sanctum
29 tho. in. ij. ij. † ꝙ aliquis dicitur dupliciter aliq̄ illicite dare.
vno modo quia ipsa datio est illicita: et cōtra legē: sicut pa-
tet in eo: qui simoniace aliquid dedit: talis meretꝰ amittere ꝙ
dedit. vnde nō est ei restitutio facienda. Et quia ille qui accepit
contra legem accepit: nō debet sibi retinere sed debet in pios
vsus cōuertere. Alio modo aliqs illicite dat: quia ꝓpter rem
illicitam dat: licet ipsa datio non sit illicita: sicut cum qs dat
meretrici ꝓpter fornicationē. vnde et mulier pōt sibi retinere
quod est ei datum. Sed ſ per fraudem vel dolum aliquid ex-
torsisset: teneꝰ eidem restituere. Et ita dicēdum videtur de hi
strionatu. De ludo vero alearū satis dictū est supra circa ꝓ-
cipium quinte q̄stionis. iuxta sanctum tho. in. ij. q. xxxij. ar.
vij. ¶ De quarto modo extorsis scz violēter est ꝑmo notādū
ꝙ hoc potest fieri dupliciter. vno mō violētia apertā sicut ra-
30 pina. Et de hoc est ꝛcluio idubitata † ꝙ totaliter est restituē-
dum cum talis nō solum iusto titulo z bona fide careat: imo
etiaz vltra hoc apertā vim inferat. Alio modo ꝓpter fraudu
lentā machinationem: puta cū noui census collecte vel peda-
gia vel similia a ꝓncipibus imponunt ꝛtra ius rectum: et
approbatum aut contra cōsuetudines approbatas z vim iu-
ris habentes siue etiam ꝓcibus aut regis vim violentie ha
bētibus extorqueantur. Cū enim in principatu politico ꝑ-
ceps non sit oino dñs subditoꝝ: nec rerum subditis concessa-
rum: non potest pro libertatis arbitrio questus ceu sensus im
ponere: sed ſm ꝙ ius exigit: et ratio dictat. Cōtrarium autem
facientes non sunt principes: sed tyranni: et obligantur ad re
stitutionem illi: vel illis: a quibus acceptum est: vel si scire nō
potest in pias causas est conuertendum ſm Raym. Cōcor. et
Ulri. z Inno. ¶ De quinto: scz cui datū est aliquid ꝑ erro
rem, est notandum, ꝙ in tali donatione vel est error ꝑsone:
vel error fortune: vel alterius conditionis apposite. Si ꝑmo
modo puta intēdo tibi dare: vt pauperi: et tu es dives. Et de

Hostiensis.

S. Thom.

Petrus. Wūbertus.

Scotum.

Richard⁹.

fit in bonis corporis per lesiones. Et in primis notādum, ꝙ
quatuor modis fieri cōtingit. Primo per occisionem. Scōo
per membrorum mutilationem. Tertio per vulnerationem
23 seu percussionem. Quarto per retentionem. † Circa hūc ar-
ticulum est ista conclusio. ꝙ de hoc damno est necessario resti
tutio faciēda qualis possibilis est, patet. Si enim vnam gal
linam aut bouem lederet: nulli dubium ꝙ satisfacere teneꝰ
ꝙto magis in lesione hominis aut dānificatione ſ circa mo
24 dum videndum est. † Si enim contingat damnū fieri per oc
cisionem ſm aliquos assignatur triplex modus satisfaciēdi.
Primus est vt sustineat penam: que in multis ciuitatib⁹ sta
tuta est: scilicet penam talionis z hoc a iudice non a se, nec te
netur iudici se presentare vel offerre ad hoc sed captus z con
demnatus patienter ferre mortem: si lex hoc statuit. ¶ Secū
dus modus satisfaciēdi est vtilis sibi z si ad hoc nō teneatur
necessario vt exponat vitam suam in causa iusta belli vtpta
cōtra inimicos ecclesie: vel pro defensione fidei in bello vltra
marino: ordinando hunc laborem z periculum suscipiat in sa
tisfactiones huius q̄ occidit. Ꝺs ſ nec hoc vult facere: aut
non potest est tertius satisfaciendi modus scilicet in spiritua
libus bonis pro anima occisi vt ad eleemosynas faciendas: z
ad aliquam peregrinationem assumēdam: z debet etiam alio
rum orationes procurare pro anima occisi. Sed nec hoc solū
sufficit in casu: in quo interfectus sustentabat aliquos: vt pa
trem, vel matres, vel propinquos, quia in hoc casu tenetur in
terfector ad sustentationē omniū illoꝝ: q̄ꝫtum potest. Si ve-
ro scōo modo damnificauerit aliū in corpore: scilicet per mu
cõclusio respõsiua ꝙ tali modo necessitatis est necessarium reddere: vota deo facta nisi interueniat impedimentum. quia aliter causa dãnatiõis incurritur anime. s. peccatum mortale. peccat enim mortaliter qui votuꝫ rite factũ prætermittit. Que cõclusio iuxta sanctum Tho. probatur ratione sic. ¶ Votũ vt ex prædictis patet est quidam promissionis contractus inter deum ⁊ hominem. sed cõtractus bonefidei inter homines facti obligat ad necessariam obseruãtiam. ergo multo fortius votum quo homo deo aliquid promittit. ¶ Scõo sic. Ad fidelitatem hoïs pertinet, vt soluat id quod promisit. vnde scõm Aug. fides dicitur ꝙ fuerit dicta. maxime autẽ debet homo deo fidelitatem. Tum ratione dominij. Tum etiã ratione beneficij suscepti. Et ideo maxime obligat homo ad hoc: ꝙ impleat vota deo facta: cum hoc pertineat ad fidelitatem, quaꝫ homo debet deo. fractio autem voti est quedam infidelitatis species. vnde Salomon rationem assignans quare sunt vota reddẽda: dicit quia displicet deo infidelis promissio. ¶ Ad rationes in oppositum. Ad primã respondetur negãdo assumptum. dicimus enim, ꝙ scõm honestatem ex qualibet promissione homo homini obligatur, ⁊ obligatiõe iuris naturalis: licet non obligatione ciuili, ad quam alia requiruntur. ¶ Preterea nihil valet qõ inducitur ad probãdum. quia licet deus bonis nostris nõ egeat: ei tamẽ maxime obligamur. ⁊ ita votum ei factum est maxime obligatorium. ¶ Ad secundam respondetur negando consequentiam. Et ratio est iuxta sanctũ Tho. quia licet deliberatio hominis sit variabilis rectitudo tamen legis naturalis que dictat quod ꝓmittitur deo esse seruandum: est inuariabilis. ⁊ ista est que dat necessariaꝫ obligationem voto. ¶ Ad tertiam respondetur ꝙ si illud quod quis vouit ex quacũꝫ causa ipossibile reddat: obligatio voti tollitur nihilominus debet homo facere quod in se est, saltẽ habeat ꝓmptam voluntatẽ faciẽdi quod potest. vt si quis dines vouerit edificare ecclesiam: vel dare pecuniaꝫ magnã qui post modum perficere nõ posset paupertate superueniente, non obligatur ex voto adimplẽdum. Sed tamẽ vt dicit sanctus Tho. in. iiij. hic est distinguẽdum dupliciter. vno modo vel est factus omnino impotens, ⁊tuncnõ tenetur simpliciter ad hoc: quod vouit, vel est factus impotens ad votum perficiendum, ꝙuis non ad partẽ. ⁊ tunc ad illud quod potest remanet obligatus. Alio modo distinguendũ est vtrum ex culpa sua talem impotentiaꝫ incurrerit, ⁊ si sic tũc oportet recõpensare, per penitentiam, per quam vt dicit Albertus re compensatur omne quod per peccatum omittitur. Si vero nõ ex culpa sua talem impotentiam incurrit, tunc nõ tenetur ad aliquam recompensationem. Ad id quod vicebatur de virginitate corrupta, respondetur iuxta Albertum magnũ ⁊ sanctũ Tho. in. iiij. ꝙ illa que virginitatẽ vouit si corrupta est, ꝙuis non possit virginitatem reddere, tamẽ potest reddere continentiam, ⁊ ad hoc remanet obligata, ⁊ vlterius ad penitẽtie lamentum per quod virginitatem amissam deo recompensat quod quidem ⁊ si non sit equiualens simpliciter scõm valorẽ rei, est tamen equiualẽs ꝓtum ad reputationem dei, qui nõ exigit ab homine vltra posse. ¶ Ad quartaꝫ respõdeꝫ iuxta sanctuꝫ Tho. tam in scõa scõe ꝙ in quarto, ꝙ si illius qui vouit monasterium aliquod intrare intentio fuit se obligare ad religionis ingressum principaliter, ⁊ ex cõsequenti elegit hãc religionem, vel hunc locum, quasi sibi magis congruentẽ, tenetur si non potest ibi recipi aliam religionem intrare. Si autem principalis intendit se obligare ad hãc religionez vel ad hunc locum, ꝓpter specialem complacentiã huius religionis, vel huiusmodi loci, non tenetur aliam religionẽ intrare, si illi eum recipere nolũt, quia in voto illo hec conditio intelligitur si illi volunt eum recipere, alꝫ esset indiscretum votũ. vnde conditione non existente nõ obligatur. Si autem dubitet quo modo se in vouendo habuit, debet tutiorem viam eligere, ne se discrimini cõmittat. ¶ Ad quintã respondetur ꝙ illud quod sub conditione vouetur nõ vouetur simpliciter. ⁊ ideo nõ obligat nisi cõditione existente, alꝫ sic. xxxiij. qõ. viij. solum. extra de condi. appo. verum. ⁊ extra de restit. spo. olim causam. Et intelligas non obligari, si tota obligatio ponebatur in euentum conditionis. Et iterum nisi ꝓpter scandalũ tollendum sit votum implendũ. extra de voto. magne. ⁊ extra de conuer. coniu. ex parte. circa finem. cõcor. Ynn. ⁊ Hostien.

¶ Hic surgit questio† quid si aliqs emisit duo vota diuersa. Rñdet sanctus Tho. in. iiij. ꝙ si illa duo vota sunt talia quorum vnum sit compossibile cũ alio debet vtrũqꝫ seruare, nisi forte authoritate superioris minus votum in maius sequens cõmutauerit. Si autez scõm sit omnino incõpossibile. primo debet seruare maius, ⁊ de minori scõm arbitriuꝫ prelati satisfacere. ¶ Ad sextum respondetur, ꝙ votũ interpretatũ obligat, sicut ⁊ votũ ozetenus emissum vnde si aliquis põt tẽpus probatiõis in monasterio remanserit: obligatur. ⁊ voto iterãtato nisi forte ꝓpter aliquã causaꝫ fuerit sibi terminus prolatus, vel cõsueuerit alijs ꝓtelari. quia tunc nõ facit votũ interpretatũ vltra annũ stans, ⁊ talis qui votum interpretatuꝫ fecit ad tria vota religionis principalia in omni casu tenet: sed ad alias obseruantias: quorũ trãsgressio ex dissimulatiõe prelatorum iducitur: qui dũ videntes: nõ corrigũt indulgere videntur: non videnꝫ obligari: ⁊ precipue si sunt simplices: qꝫ talia discernere sufficiẽter nesciũt. ¶ Hic surgit alia questio.

† vtrũ vota facta in angustijs cõstituti: vt mulieres in partu: vel homines in aligbus periculis: habeant deliberatam intẽtionem se obligandi: obligati sunt ad reddẽdum. ar. j. q. iij. sunt qui. Sed† si subito ⁊ indeliberate. ¶ Surgit alia qõ. † Quid de votis q̃ fiunt duplici ex causa vtrũ implenda sint altera cã cessante vt puta quis vouit ire ad sanctum Jacobũ: quia credebat ibi inuenire germanum suum: ⁊ etiam ꝓpter redimẽda peccata. ¶ Rñdetur ꝙ ꝙuis sciuerit germanuꝫ decessisse: ⁊ ante ꝙ iter arripiat: nihilominus ꝓpter aliam causam solaꝫ nihilominus intendisset se obligare.

Ad quintum Sic pceditur. † Et videtur ꝙ votum statim sit soluendũ. Primo sic dicit. Deute. xxiij. cũ votũ voueris deo tuo, nõ tardabis reddere. quia requiret illud deus: deus tuus, ⁊ si moratus fueris reputabitur tibi in peccatũ. ¶ Scõo idẽ videt, qz quicq̃ tenet ad aliquid sine tẽporis determinatiõe tenetur ad statim soluendũ. ¶ In oppositũ est quia votũ sub dilatiõe futura facta hõ nõ tenetur statim soluere. ¶ Rñdeo dicendũ iuxta sanctum Tho. in. 3a. 3e, ꝙ obligatio voti ex ꝓpria volũtate ⁊ intentiõe causaꝫ vnde dicit Deute. xxiij. qõ semel egressus est de labijs tuis obseruabis, ⁊ facies sicut ꝓmisisti dño deo tuo: ⁊ ꝓpria volũtate ⁊ ore tuo locutus es. Et ideo si intẽtione ⁊ voluntate vouentis est se obligare ad statim soluendũ est cõclusio, ꝙ tenetur statim soluere cũ põt, nisi in mente aliud habuerit. tũ datur ei tempus ad arbitriũ boni viri ad disponendum de rebus suis. Si autẽ ad certũ tempus vel sub certa dilatiõe est cõclusio, ꝙ nõ tenetur statim soluere, nisi stante dilatiõne vl̃ die determinato. ꝙtũ vero ad illũ, qui vouit intrare religionem dicẽdũ est iuxta sanctũ Tho. in quarto ꝙ qñ vouit quis intrare religionem, si intendebat se statim obligare, vel ad arbitriũ alienũ, nõ põt vlteri⁹ differre, ẽt ꝓpter debita soluenda. Sed ille qui eũ recepit tenetur ea soluere. Si autem in vouendo de debitis cogitabat, ꝓbabiliter ꝓsumi põt, ꝙ nõ intendebat se obligare anteꝙ de rebus suis dispositisset, quãdo autem timet rationabiliter perpetuũ impedimentũ tenetur vlterius nõ differre. Lege. ¶ [Quod autem.] Littera plana ⁊ qualiter intelligenda sit ⁊ qualiter a voto nõ liceat discedere cũ obliget ad sui obseruationẽ patet ex dictis in quarta qõne. [Vouere] ps. lxxv. vbi Augu. dicit, vouere est voluntatis sed reddere necessitatis.

Questio.

Respondet. Questio.

Rñdet.

Primũ argumentum.

Scõm ar. Opponit in contrarium. Respondet.

S. Thom.

Exponit literam.

Exponit literam.

1 Vouere an possit omnis sane mentis.
2 Episcopus an possit vouere.
3 Clericus an possit aliquod votum facere.
4 Religiosus an possit facere aliquod votum.
5 Filius familias postq̃ venit ad pubertatẽ an possit vouere.
6 Pueri an possint emittere votũ ante annos pubertatis.
7 Obligatio aliq̃ qõ nõ habeat robur põt ꝛtingere ex duob⁹.
8 Seruus an possit vouere.
9 Uxor an possit emittere votum sine consensu viri: ⁊ vir sine consensu vxoris.
10 Uxor que cum consensu viri emisit votum, si postea vir ꝓhibeat, an debeat obedire viro.
11 Persone subiecte voluntati alterius an peccent vouendo.
12 Pater tutor maritus prelatus ⁊ huiusmodi an peccent reuocando votum subiectorum sibi.

Sunt quedam. Ad idẽ ẽ hoc capitulũ quod est beati Auguſt. super ps. lxxv. Summa est que in rubro. Breue est. Lege. ¶ Sunt q̃dam, que debemus seruare absq̃ voto. [scilicet singulari ad que tenemur iure diuino, vel iure naturalis rationis, vt sunt omnia sine quibus salus esse nõ potest, vt sunt ꝓcepta euãgelica. de quib⁹. xlDist. xix. Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. [Quedam nõ debemus] sicut est continentia. vel virginitas. ⁊ ieiunia volũtaria. ⁊ huiusmodi. Ad illa enim nõ tenemur ex necessitate seruãda, ad que non obligamur sine voto. imo liberum est seruare, vel non seruare. sicut apostolus ait. j. ad Corin. vij. ꝙ virgo bene facit si matrimonio iuncta fuerit, sed melius si virgo permanserit

Exponit literam.

Questio.

Primũ ar.

Secũdũ ar.

Tertiũ arg.

Quartã ar.

Quintũ ar.

Opponit in contrarium.

Rñdet. Raymũd⁹.

S. Thom.

permanserit. ita ꝙ potest seruare virginitatẽ: vel non seruaret si non vouit. vnde apostolus dicit de virginibus preceptũ nõ habeo: sed cõsiliũ do. xxxij. q. j. integritas [necesse] quia vouere est votum voluntatis: sed reddere necessitatis. quia in gl. dicitur necessario. nisi tale sit illud votum quod pendeat de alieno arbitrio: vt est votũ continentie alterius coniugatorum. ⁊ devotis religiosorum ⁊ seruoꝝ. ¶ Pro plenioꝛi intelligẽtia tã ligere ꝙ gl. est tractandum quis põt vouere ⁊ quis nõ. Queritur

† vtrum omnis sane mentis possit libere vouere. ⁊ videtur ꝙ sic: arguendo ꝙ illi possunt votum libere emittere de quibus dicit glo. ꝙ non. Et primo de seruis sic. minus vinculũ superatur a maiori. sꝫ obligatio qua quis subijcitur homini est minus vinculum: ꝙ votũ per quod aliquis obligatur deo. ergo obligatio qua quis seruꝫ obligatur dño: ergo homo nõ põt eũ prohibere a vouẽdo. ¶ Scõo idem arguitur de religiosis sic. manus est facere ꝙ promittere. sed religiosi possunt aliqua facere sine licẽtia suoꝝ prelatorũ. puta dicere aliquos psalmos: vel facere aliquas abstinentias. ergo videtur ꝙ multo magis hoc vouendo deo promittere. ¶ Tertio de filijs familias idẽ ar. sic. filius familias licet sit sub potestate patris: potest vouere ⁊ cõtrahere. vnde quotidie fit: ꝙ filij inuitis parẽtibus religionẽ profitentur. ergo ꝛc. ¶ Quarto idẽ arguit de pueris ante annos pubertatis sic. illud qõ non est rite factum: nõ est validum etiam si a nullo renocet. sed votuꝫ puelle ante ãnos pubertatis emissum validum est: si infra annũ a parẽtib⁹ nõ renocet. xx. q. ij. puella. ergo licite ⁊ rite põt pueri voto obligari: etiam ad religionẽ ante annos pubertatis. ¶ Quinto idẽ arguitur de coniugibus sic. ꝙ oz nõ obstante ꝙ sit sub ptãte viri: vt patet Deu. xij. potest vouere aliqua: ẽt sine ꝓfessu viri: ⁊ vir sine cõsensu vxoris. vt patet. ergo videt ꝙ quilibet sane mentis vouere libere possit. ¶ In oppositũ est illud qõ habet in lume. xxx. vbi mãdatur: qꝫ si mulier in domo patris sui ⁊ adhuc in puellari etate aliquid vouerit: nõ teneat⁹ nisi pater eius cõsenserit. Et idem dicit de muliere habẽte virũ. ergo pari ratiõe nec alie pson̄e alteri⁹ potestati subiecte põt se voto obligare. Rõne arguitur sic. Non licet sacrificiũ deo ex alieno offerre. sꝫ ille qui votũ emittit quodãmodo deo sacrificiuꝫ offert. ergo si talis pson̄a sit sub potestate alterius: sicut est seruus: religiosus: filius familias: puer: vxor: nõ possunt libere votum emittere. ¶ Respondeo dicẽdũ iuxta rayꝰmundum ⁊ Hostiẽ. sub ista dilusione, ꝙ quilibet sane mẽtis vouere potest libere: nisi exꝑresse ꝓhibeatur: quoniã votũ lege sancti spũs inspiratur. ꝓhibẽtur autem quedam pson̄e: que quo ad votum emittẽdum non habẽt liberam volũtatem: vtpote que alterius potestati sunt subiecte. pbat̃ ista cõclusio sic iuxta sanctũ Tho. nullus potest per ꝓmissionẽ se firmiter obligare ad id quod est in potestate alterius. sꝫ solum ad id quod est omnino in potestate sua. Quicũqꝫ autez est subiectus alicui q̃tũ ad id: in quo est subiectus: nõ est sue potestatis facere quod vult: sed pendet ex volũtate alterius. Et ideo nõ potest se ꝙ votum firmiter obligare in his: in quibus alteri subijcitur sine cõsensu sui superioris. ¶ Ex istis patet respõsio ad multas questiones que solent tam ꝑ theologos q̃ ꝑ iurisperitos moueri. Prima qõ est † vtrum episcopus posset vouere. Rñdetur ꝑm Hostiẽ. ꝙ nõ potest sine licẽtia pape votum emittere: per quod dissoluatur vinculuꝫ matrimonij: quod est inter episcopum ⁊ ecclesiam suã: extra de reg. licet. Item nec aliud votuꝫ: per quod graue ꝓiudicium fiat ecclesie sponse sue. vt votum de lõga peregrinatione ⁊ huiusmodi. c. magne. de voto ⁊ voti redemp. votũ tamẽ abstinentie ⁊ eleemosynę emittere potest. ar. xvij. qõ. j. clemẽs. ⁊ extra de testa. relatum. ſ. licet autez. ¶ Scõa questio† est vtrum clericus potest aliquod votũ facere. ¶ Respondetur scõm Hostiẽ. ꝙ clericus nõ potest sine licẽtia sui ꝓlati emittere votum peregrinationis. de conse. di. v. nõ oportet. Sed hoc vt dicit Guil. de cõsuetudine non seruatur circa clericos nõ beneficiatos. Item nec aliquid per quod oporteret eum relinquere ecclesiam suam. ar. extra de renũ. admonet. nisi forte voueat religionẽ intrare. in quo casu sufficiat licentiã petere. potest tamen aliud votum abstinẽtie: vel oratiõis vel eleemosynę facere: sicut dictum est in questione precedẽti. episcopo. ¶ Tertia questio. † vtruꝫ religiosus possit aliquod votũ facere. Ad hanc respondetur ꝙ religiosus nõ potest vouere firmiter aliquid implendum sine licẽtia sui superioris qõ sic declarat sanctus Tho. tam in scõa scõe, ꝙ in quarto sentẽtiarum ꝙ religiosus est subditus ꝓlato q̃tum ad suas operationes scõm professionem regule. Et ideo q̃uis ad hoc⁊ ali quid facere possit: quando ad alia nõ occupatur a ꝓlato qz tamen nullum tempus exceptum est: in quo ꝓlatus nõ possit eum circa aliquid occupare. Ideo nullum votũ religiosi

Sctus Th.

Prima qõ. Respondet

Scõa qõ. Respondet.

Guilliel.

Tertia qõ. Rñdet.

S. Thom.

est validum: vel firmum: nisi sit de cõsensu ꝓlati. Cõcordat Albertus magn⁹ in quarto. idẽ dicit Raymũd⁹. Et addit: ꝙ si religiosus votum fecerit: nõ debz exequi sine licentia superioris: ne sup eum fratres scãdalizentur: si eoꝝ generalem cõsuetudinem sua singularitate voluerit excedere. vel ne deꝭ occasio euagãdi. xx. qõ. iij. monachum. ſ. verum. xx. di. q. ſqs. Idẽ Hostiẽ. idem Innocẽ. ⁊ addit. Si autem voueret dicere vnũ ꝓsalterium: vel aliquam aliã oratiõem: vbi nihil mali potest cõtingere: seruet votum: quia licitum est. Sed dictum beati Thome videtur esse seruandum. ¶ Quarta qõ † vtrũ filiusfamilias postq̃ venit ad pubertatẽ vouere possit. respõdetur iuxta sanctũ Tho. in scõa scõe ꝙ aliqua vouere potest: ⁊ aliqua nõ. pro quo notandũ ꝙ ex quo venit ad annos pubertatis si sit libere cõditiõis: est sue potestatis ꝙtum ad ea: que pertinẽt ad suam personã: puta ꝙ obliget se religioni ꝓ votum: vel cõtrahat matrimonium. Non est autem sue potestatis quãtum ad dispẽsationẽ domesticam. vnde circa hoc nõ potest aliquid vouere: quod sit ratũ sine consensu patris. Hosti. vero satis cõcordat dicẽs de voto religionis planum est: ꝙ potest. Aliud autẽ votum ab eo emissum per quod graue ꝓiudicium ꝓtendi⁊ patri ꝓtestati: ⁊ ꝓter inde scãdalizaretur: dicit potest ꝙ nõ debeat inuito patre obseruare. Ratio est: quia nõ est in hoc voluntatis sue: cum in hoc non habeat liberum arbitrium cũ patri obligatus sit iure patrie potestatis. addit postea ꝙ votum peregrinationis longinque nõ videtur posse emittere. quia nimis ꝓiudicaretur patrie potestati. Excipe peregrinationẽ voti trasmarini. ar. extra. c. ex multa. ſ. ꝙ autem. item excipe peregrinationẽ necessariã: ⁊ inexcusabilem: vt si forte sit a canone per sedem apostolicã absolutus. ar. extra. de sen. ex. com. relatum. Innocẽ. etiã in glo. super. scripture. extra de voto. dicit, ꝙ filius pubes dum modo sit in potestate patris non potest votum abstinentie vel peregrinationis emittere: nisi pater cõsentiat expresse vel tacite. sufficit enim: ꝙ sciat ⁊ nõ contradicat. xx. q. ij. si quilibet. ¶ Quinta questio. † vtrum pueri ante annos pubertatis possint votum emittere. Rñdetur iuxta sanctũ Tho. in scõa scõe, ꝙ nõ. ꝓ quo notandum † ꝙ ex duobus potest cõtingere ꝙ obligatio aliqua non habeat robur. vno modo propter defectum rationis: sicut patet in amentibus: ⁊ furiosis: qꝫ se voto obligare nõ possunt: dum sunt in furia vel amentia. Alio modo, quia ille qui vouet est alterius potestati subiect⁹: vt supra dictum est. Et ista duo cõcurrunt in pueris ante annos discretionis. quia ⁊ patiuntur rationis defectum: vt in pluribꝰ: et sunt naturaliter sub cura parentum vel tutorum: qui sunt eis loco parentum. Et ideo vota eoꝝ ex duplici causa robur nõ habent. Cõtingit tamen ꝓpter nature dispositionẽ: que legibus nõ subdit̃ in aliquibꝰ licet paucis accelerari rationis vsum: qui ob hoc dicuntur doli capaces: nec tamen ꝓpter hoc in aliquo eximuntur a cura parentum: que subiacet legi humane respicienti: id quod frequentius accidit. Est ergo dicendum: ꝙ si puer vel puella ante annos pubertatis nõdum habet vsum ratiõis: nullo modo põt ad aliquid voto se obligare. Si vero ante annos pubertatis attingat vsum rationis quod contingit tũ in paucis: potest quidem tũc q̃tũ in ipso est se obligare: sed votũ eius potest irritari ꝑ parentes: quorum cure remanet adhuc subiectus: q̃tũcũqꝫ tamen sit doli capax ante annos pubertatis nõ põt obligari voto solẽni religionis: ꝓpter ecclesie statutũ quod respicit id quod in pluribus accidit. ¶ Sexta questio† vtrum seruus possit vouere. Respondet iuxta sanctum Tho. in scõa scõe. ꝙ nõ scilz ea vota per que dominus perdat potestatez in ipsum: vel minuat seruitiũ domini. dicit enim sic. Seruus q est in potestate domini et ꝙtum ad ꝓpria operationes nõ põt voto obligare ad religionẽ: ꝙ quã ab obsequio domini sui abstraheretur: idem de peregrinationẽ ⁊ similibus. Concordat magister sententiarũ in quarto. di. xxxvij. dicẽs, ꝙ seruus in ommb⁹ opibus ꝓpria⁊ realibus est subiect⁹ dño. Et ideo nullum votum põt facere: ꝙ quod dominus ꝑdat opas eius: vel potestatem in ipsum. bñ tamẽ licet ei facere alia vota. vt votũ dicẽdi orationes aliquas: aut hmõi: ⁊ ꝑm Aug. cõtinẽtiam vouere põt: ⁊ ꝓpriis renũtiare. ¶ Septima questio† vtrũ vxor põt votum emittere sine consensu viri: ⁊ vir sine consensu vxoris. Ad hoc respondetur iuxta sanctum Tho. in Quarto ꝙ in his: in quibus vxor viro tenet: ⁊ econuerso neuter põt vouere sine mutuo cõsensu. sicut patet de voto cõtinẽtie. sꝫ qz in dispẽsatiõe domus ⁊ regimine vite mulier est subiecta viro: ⁊ non econuerso. Ideo vir in talibus põt vouere sine consensu vxoris. sꝫ nõ econuerso. aliqua vero alia bñ põt vouere: vt aliquas orationes: ⁊ huiusmodi. vt dicit Albertus in quarto. cõcordat Raymũdus dicẽs ꝙ vxores si emiserint votum absti

Albert⁹ magnus. Raymũdus

Hostiensis. Innocẽti⁹. Quinta qõ. Respõdet.

Hostiensis.

Innocẽti⁹.

Quinta qõ. Rñdet.

Sexta qõ. Respondet.

Magister sniarum.

Septima qõ. Rñdet.

Albertus. Raymun.

nentie: vel peregrinationis: vel cõtinẽtie: vel quodcũq; aliud non debẽt sua authoritate contrarie: sed viri possunt irritare: ẽt si ante matrimonium contractum emiserant votum: qõ cõtracto matrimonio nondum cõpleuerant. xxxiij. qõ. v. nolnit. dicit tamẽ ℣ug. ibidẽ super. c. manifestum. qd vir illa solo vxoris vota potest renocare: que ipsa implere non potest sine scã dalo viri: vt de ieiunijs: de surgẽdo ad matutinas: & huiusmodi. Alia vero vota vt si vouerit dare aliquid de ppio: vbi est consuetudo: q; mulier habere potest paraphernalia separata a rebas dotalib⁹: vel vouit aliquã orationẽ: & huiusmodi: nõ põt renocare. ¶ Octaua questio, † vtrum vxor que cũ cõsẽsu viri emisit tale votum & postea vir prohibeat debeat obedire viro. Rñdetur iuxta Ray. q; dz obedire: & nõ peccat obediendo. sed peccat vir id quod consenserat prohibẽdo. xxxiij. q. v. nolnit. Concor. Posti. ¶ Nona questio, † vtrum persone subiecte voluntati alterius peccent vouendo: vt puta vxor: seruus: filius familias &c. Rñdet iuxta sanctũ Tho. q. lxxxviij. q; licet votum huiusmodi psonarum non sit firmum siue cõsẽsu eorum: quibus subiciuntur. non tamẽ peccant vouẽdo. quia in eorum voto intelligitur debita cõditio: scilicet si suis placuerit superioribus & prelatis. ¶ Decima qõ † vtrum pater tutor: maritus prelatus & huiusmodi peccent renocãdo votum subiectorum sibi. Rñdet q; non peccant: sed vtũtur iure suo a deo & a canone sibi ꝯcesso: nec vouẽtes peccant nõ implendo. xxxiij. q. v. nolnit. &c. manifestum. ¶ His habitis respondetur ad rationes in oppositum in principio questionis principalis. Ad primam respondetur iuxta sanctum Tho. in quarto negando ꝯsequẽtiam. Et ratio est: quia in hoc ipso q; homo seruit dño suo carnali: seruit etiam spirituali. vñ apl̃us ꝓpter conscientiam dñis suis esse seruiendũ docet: & quia hoc est necessitatis: nõ potest per id quod nõ est necessitatis cuiusmodi est vouere impedire: sicut nec illud quod subiacet ꝓcepto potest per illud quod cadit sub consilio tolli. potest scõo respondẽri iuxta eundem sanctũ Tho. in scõa scõe negando cõsequẽtiam. q; nulla põt fieri obligatio deo: q; quis qõ est alterius offerat deo: quia sub ꝓmissione diuina nõ cadit: nisi quod est virtuosum. Est autem contra virtutẽ vt id quod est alterius homo offerat deo. Et ideo nõ potest omnino saluari ratio voti: cum quis in potestate cõstitutus vouet id: quod est in potestate alterius: misi sub conditione si ille ad cuius potestatem pertinet nõ cõtradicat. ¶ Ad scõam patet responsio ex his que dicta sunt supra in responsione ad tertiam qõnes. ¶ Ad tertias patet rñsio ex his que dicta sunt in quta qõne. ¶ Ad quartã patet responsio ex his que dicta sunt in sexta qõne. ¶ Ad quintã pz responsio ex his: que dicta sunt in septima qõne & octaua, & tantum de presenti.

Augustinus.

Octaua qõ.

Respondet.

Nona qõ.

Rñdet. S. Thomas.

Decima qõ.

Respondet.

Ad primum argumentũ.

S. Thomas.

Ad secũdũ.

Ad tertiuz.

Ad quartuz

Ad quintũ.

¶ Vouens continentiam si contrahat vel velit contrahere: agit contra votum.

Exponit literam.

Vouentibus. Ad idẽ sequit hoc. c. qõ est beati Hieronymi qõ ita breue est: vt summari non possit. Lege. ¶ [Vouẽtib⁹ virginitatẽ]. i. castitatẽ [velle] eis q vouerũt ꝑpetuã castitatẽ dãnabile nõ modo exire in actum exteriorem nubẽdi: sed etiam in actum exteriorem. Et ratio est. q: voto castitatis repugnat actus ꝓtrahẽdi tam exterior: ℣ interior: cũ p votũ continẽtie obligetur vouẽs seruare cõtinentiã mẽtis & corporis. † Et ideo vouens cõtinentiam si cõtrahat vel velit contrahere agit cõtra votum. agere autem cõtra votũ est dãnabile: cum ℣m Augu. reddere votũ sit necessitatis. igitur vouentibus perpetuã castitatẽ que includit actũ exteriorem & interiorem est damnabile: non solum nubere, sed etiam velle nubere.

Exponit literam.

Diuisio.

Manias. Ad idẽ inducit hoc capitulũ qõ est Gregorij i registro. Sũma est. resiliens a voto reus est dãnatiõis eterne. Et diuidit in duas partes. In ꝑma iducit hystoriã de ananía, de quo habet Actuũ. v. In scda arguit minori, q; fortiori rõe reus est dãnatiõis, q; se subtrahit deo cui semel se per votum totum obtulit. scõa ibi, si ergo. Alia patent.

Diuisio.

Si bona. Ad idez est hoc capitulũ qõ est beati Gregorij super Eze. Nome. iij. Sũma est in rubro. Et potest diuidi in duas partes secũdum q; duo exempla ponit. vnũ in coniugatis. qui scilicet a voto cõtinentie quod deuouerãt ceciderunt. scõm in religiosis, qui a voto religionis declinauerunt. vel in his que a deliberatione religionis assumẽde nõdum tamen ꝓmissione firmata retrocesserunt. scõa ibi. item

Exponit literam.

sunt q. Lege. ¶ [Qui bona &c.] dimissis variis lecturis huius capituli exponẽdi est hoc modo. ℣ Qui bona. ℣ ac sidicat: qui sunt in matrimonio, quod est bonum: & scõm legẽ matrimonij viuentes: agunt bona: quia seruant matrimoniũ qõ deus actor bonũ in paradiso constituit. Gen. i. & ℣ dat. v. quod deus coniunxit homo non separet. sed tunc ad meliora transeũt: si pari consensu deliberent vouere ꝑpetuam cõtinẽtiã: quia vt dicit Apostolus. i. ad Corin. vij. Qui virginem suã matrimonio cõiũxit bene facit: & qui nõ cõiũxit melius facit. Et infra beatior erit si sic permanserit ℈m consilium meum: sed si post votum velint in bonis matrimonij permanere: non ꝑnt. imo deum offendunt: & grauiter peccant ℥ votum agentes. [Itẽ sunt] scõa pars. loquitur de vouentibus religionem [cuncta relinquere] per votũ paupertatis. [Et freno castitatis &c.] ꝑ votum cõtinẽtie. [se retrahendo meritum ꝑdunt] quia dam nabiliter deũ offendunt: misi fic exponatur. s. de deliberatione ꝓmissione firmata non videt hoc capitulum esse ad ꝓpositũ magistri qui intendit probare q; a voto discedere non liceat. deliberatio aũt que ꝓmissione non firmatur non habet rationem voti: vt patet ex superius dictis. Et ita per cõsequẽs non esset hoc capitulum ad oppositum.

Contra gratianum.

¶ Votum reputatur pro opere: cum deest facultas operis. vel operandi.

Diuisio.

Questio.

Primũ argumentum.

Scõm arg.

Tertiũ arg

Si ergo. ℈. est: si q; magister argumẽtat ex pdictis: & talẽ ponit distinctionẽ suã: quã ꝓbare intendit ꝑ sequens caplm. ℣ Lege. ¶ [Si ergo] quasi dicere. Si hoc vt sz post votum vouit etiam simplici ꝓmissione sua mentem: & sponte ꝓmisisset: & nullus impedimẽtũ interuenisset [necessario cogitur]. S. c. i. [damnabile]. c. ij. [quod intro.] Respõdet tacite obiectiõi: quasi diceret aliquis. iste nõ vouit. Ad hoc rñdet & ꝓbat ꝙvouit exemplo ℣ dauid: qui ex ꝓposito cordis sine voce reputatur inter vouẽtes. i. ꝓmittẽtes, ergo multo fortius iste qui & animo ꝓposuit: & ꝓpositum ore exꝑssit. cuz dicit fiam vel volo esse monachus. [dixi]. i. ꝓposui cõsiteri. ℣ug. [magna] de pe. di. i. magna, [ad solam ꝓmissionem]. i. ad solam voluntatẽ confitendi. ℣ug. [votum] i. voluntas cõfessionis. ℣ug. ꝓo opere voti & confessionis reputatur cũ est facultas cõfessionis. Et generaliter verũ est † q; votum reputatur ꝓo opere cũ deest facultas operis vel operandi. de pe. di. j. & ex his. Nota q; votum capitur hic ꝓo simplici ꝓmissione, & ℣ug. [his itaq; ℈hic ponit Gratianus distinctionẽ suam dicens. Aliud est ꝓpositu corde cõcipere: & ore ꝓnuntiare: & aliud est obligatione subsequẽte se obnoxiũ facere: quasi diceret. iste sacerdos licet ꝓpositum in corde habuerit: & ore exꝑsserit: quia tamẽ abbati vel monasterio se nõ tradidit aut ꝓfessionẽ fecit: ideo reus voti nõ habet. Solutio ista vt ẽt dicit ℣ug. nõ est curãda q; nec catholica nec antẽtica. Et vñ q; magister Gratianus salua reuerẽtia sua: nec scit nec vult quid sit votum ꝓprie sumptuz: nec distinguit inter votum simplex: & votum solẽne. Licet autẽ iste sacerdos nõ fecerit votum solẽne per ꝓfessionem actualiter factam in manibus abbatis: simplex tamẽ votum dicit fecisse religionis: cõtra quod faciens damnabiliter peccat.

¶ Questio secunda.

¶ Obligatus ad religionis ingressum an teneatur intrare.

Onsaldus. In hoc. c. qõ est Alexandri scõi termina tur questio prima: & ititulat scõa: scilicet an ecclesia & beneficium ei reddẽda sint: q; prius libera mente refutauit: siue renũtiauit. Summa huius. c. est in rubro. vel sic alienatus mẽte ingredi religionem ꝓmittens & beneficio renuntians: ad religionem non cogitur: & beneficium cui renuntiauit repetere potest. Et diuiditur in duas partes hoc. c. In prima narrat factum. In secunda statuit. secunda ibi: quapropter.

Lauren. Archdia.

¶ Pro pleniori intelligentia huius. c. Queritur † vtrum ille qui est obligatus ad religionis ingressum teneatur intrare. Et videtur q; non. ex. c. presenti. ¶ Secundo sic. nullus tenetur facere id quod non est in sua potestate. sed q; aliquis religionem ingrediatur non est in potestate sua. sed requiritur ad hoc consensus eorum: ad quorum religionẽ debet trãsire ergo videtur &c. ¶ Tertio sic. per votum minus vtile nõ potest derogari voto magis vtili: sed per impletionem voti religionis impediri potest votum crucis impletio in subsidium terre sancte quod videtur esse vtilius. quia per hoc cõsequit homo

Gregorius.

Exponit literam.

Lauren. Archdia.

homo remissionem peccatorum. ergo videtur q; votum quo quis se obligauit ad religionis ingressum non sit ex necessitate implẽdũ. ¶ In oppositũ arguitur ex illo Eccl. v. Si quid vouisti deo non moreris reddere. Displicet enim deo infidelis & stulta ꝓmissio. Et super illud ꝑs. Vouete & reddite &c. dicit glo. vouere volũtati cõsulitur, sed post voti ꝓmissionẽ reddere conditio necessario exigitur. ¶ Rñdeo dicendum sub ista cõclusione, q; ille qui se obligauit ad religionis ingressum: tenetur religionem ingredi, ℈m q; de se voto obligare intendit ita sz q; si intendit se obligare absolute tenetur q; totius poterit ingredi legitimo impedimẽto cessante. Si autez ad certum tẽpus vel sub certa conditione tenetur religionem ingredi tempore aduenientẽ: vel conditione existẽte. Ista probat sic iuxta sanctũ Tho. in. ij. ij. q. clxxxix. ar. iij. votũ est ꝓmissio facta deo de his que ad deũ pertinẽt. vt autem gregorius dicit in epta ad bonifaciũ. Si iter homines solet bonefidei cõtract⁹ nulla ratiõe dissolui q; tomagis pollicitatio: cũ duo ꝙs pepegit solui sine vindicta non poterit. Et ideo ad implendum id quod homo vouit ex necessitate tenetur: dũmodo fit aliquid, qõ ad deum pertineat. Ad manifestũ est autem quod ingressus religionis magime ad deum pertineat. q: per hec homo totaliter se mãcipat diuinis obsequijs ergo cõclusio vera. ¶ Ad rationes in oppositũ. Ad primã de. c. presenti rñdetur iuxta sanctũ Tho. q; militat. q; iste ꝓpter hyter nõ fecerat votũ solẽne, ſz simpliciter. vnde nõ erat monachus effect⁹: vt cogi deberet de in re in monasterio manere: & etiã ecclam dimittere. tũ in foro cõscientie esset sibi cõsulendũ, q; omnibus dimissis religiones intraret. vt extra de voto & vo. redemp. c. per tuas. Consulit ẽpo grationopolitano. qui post votũ religionis ẽpatũ assumpserat voto non cõpleto: vt si suam sanare desyderaret cõscientiam: regimẽ ecclesie resignaret: & redderet altissimo vota sua. ¶ Ad secũdã rñdetur ℈m eundem sanctũ Tho. q; ille qui vouit se obligauit ad certe religiõis ingressum tenetur facere quod in se est vt in illa religione recipiatur. Et si quidem intendit se simpliciter ad religionis ingressum obligare: si non recipiatur in vna religione tenetur ire ad aliã. Si vero intẽdit se obligare specialiter ad vnam solum: non tenetur nisi secundũ modũ sue obligationis. ¶ Ad tertiã respõdetur negando minorem. dicit enim sanctus thomas, q; votum religionis cum sit perpetuum: maius est q; votũ peregrinationis terre sancte, quod est temporale: vt colligitur ex. c. scripture. extra de vo. & vo. re. Et ad ꝓbationez dicitur, q; probabiliter dici potest, q; etiam per ingressum religiõis aliquis cõsequatur remissionẽ omnium peccatorum. Si enim aliquibus eleemosynis factis homo potest statim satisfacere de peccatis suis ℈m illud Daniel. v. peccata tua eleemosynis redime. multomagis in satisfactiõe ꝓ omnibus peccatis sufficit q; aliquis se totaliter diuinis obsequijs mãcipet per religionis ingressum: qui excedit omne genus satisfactionis: & publice penitentie: vt habet in ca. amouere. xxxiij. q. ij. sicut etiã holocaustũ excedit omne sacrificium: vt Gregorius dicit super ezech. vnde in vitis ꝓ. trum legitur, q; eandẽ gratiam cõsequuntur religionẽ ingredientes, quam consequuntur baptizati: si tamẽ per ingressum religionis nõ absoluerentur ab omni reatu pene nihilominꝰ ingressus religionis vtilior esset: q; peregrinatio terre sancte: q; tum ad promotionem in bonum que preponderat absolutionem a pena. hec sanctus tho. Lege. ¶ [Sonsaldus.] videtur nobis q; hoc exemplũ non sit multũ ad ꝓpositũ magistri propter duo. ℣ Primo quia alexander cuius est hoc. c. non excusat illum sacerdotez a peccato violate promissionis. ℣ Preterea secundo non est simile de sacerdote de quo hic questio: & de illo de quo loquit alexãder. Nã ille de quo hic fit ꝙstio: ℈m gratianũ libera volũtate renũtiauit. ergo erat cõpos mentis. Sz ille de quo alexãder loquit erat furore passionis pressus: ita q; erat mẽte alienat⁹. vñ nec potuit vouere: nec renũtiare. Idcirco nõ est simile de vno sacerdote & de alio: nec est necessariũ ad perfectionẽ voti, q; promissio debeat fieri in scriptis: imo ꝓmissionem irritans ꝙuis nõ scriberet: culpatur tanꝙ infideliter agens. vnde in hoc non videtur autentice fuisse loquutus [feruore passionis] alienationem mentis inducente. ℣ugu. ergo non valuit renuntiatio. extra de renũtiat. sup hoc. Laurẽ. Archidia. [monasterio] aut abbati. hic vacat ar. a cõtrario sensu quia idem esset si se tradidisset. extra de reg. ficut teno: [adnocati] ecclesie: vel episcopi. ℣ug. [quapropter] secũda pars. sed dicitur q; ista nõ sit sufficiens causa. quia etiã infra annum probationis potest ingressus renũtiare sine beneficio. de regu. beneficium. li. vj. [vnius anni.] Nec videtur hec sufficiẽs ratio: cum nõ fuerit compos sui. vnde nec vni⁹ anni tempus nec maius ei preiudicat: misi post conualescentiã cõfirmaret. quia tunc ei noceret: quia tunc videtur confirmare quod prius fecit. ar. C. qõ metus causa. l. ij. & extra de despon. impu. c. de illis. & de simo. sicut. archidia. [recipiat] vna ratio. quare debeat recipere est. quia non erat compos mentis: cum renuntianit. ℣ugu.

Opponit in contrarium.

℣ps. lxxv. b.

Rñdet.

Sanctus Thomas.

Exponit literam.

Ad primum argumentũ.

Ad secũdã. Sctus Th.

Ad tertiuz.

Diuisio.

Primũ arg.

Scõm arg.

Opponit & Rñdet.

Sctus Th.

Ad. j. arg. Sanc. tho.

Ad scõm. Sctus Th.

Primũ ar.

Secũdũ ar.

Opponit & Respondet.

4 ☞ Votum simplex faciens si querit an possit cõtrahere quid faciendum.

Nos nouimus. Sequitur capitulũ augustini ad bonifaciuz comitẽ. Summa est in rubro. Et diuidit in tres partes. In prima narrat qualiter propositum sanctum continue habuit ille bonifacius cui scribit. In secunda instruit qualiter contracto matrimonio non licet ei continere sine consensu vxoris. In tertia assignat huius rationẽ. ij. ibi: si ꝙ coniugem. iij. ibi: q; a si. Pro intellectu prioris huius capituli. Queruntur tria.

1 ¶ Primum est vtrum per obligationem voti simplicis matrimonium contractum dirimi debeat.

2 ¶ Secundum vtrũ talis cõtrahens possit reddere debitum.

3 ¶ Tertium vtrum possit exigere.

1 **Ad primũ** sic proceditur. † Et videtur q; per obligationẽ voti simplicis matrimonium cõtractum debeat dirimi. ℣ Primo sic. fortius vinculũ ꝓiudicat debilius, sed vinculum voti est fortius q; vinculũ matrimonij: quia sit hmõi: illud deo. ergo vinculũ voti ꝓiudicat vinculo matrimonij. ergo ipsum dirimit etiam contractum.

Primũ arg.

¶ Secundo sicut preceptum dei nõ est minus, q; preceptum ecclesie adeo obligat, q; si cõtra ipsum matrimonium cõtrahatur dirimitur. sicut patet de illis qui contrahunt in aliquo gradu cõsanguinitatis ab ecclesia prohibito. ergo cum seruare votum sit preceptum diuinum: videtur q; qui cõtra votuz deo factum matrimonium cõtrahit, qõ tale matrimonium sit dirimẽdũ. ¶ In oppositum est. c. presens. ¶ Respõdeo dicẽdum sub ista cõclusione, quod per obligationem voti simplicis nõ dirimitur matrimonium cõtractum: licet impediatur cõtrahendum. Ista conclusio patet primo. dicit enim clemẽs papa, q; votum simplex impedit matrimoniũ cõtrahendum, sed nõ dirimit cõtractum. Eadem cõclusio habetur extra. eo. Oõ votum. li. vi. Que cõclusio declaratur sic iuxta sanctum thom. in. iiij. di. xxxvij. q; per hoc res definit esse in potestate alicuius per qõ trãsit in dñium alterius. ꝓmissio aũt alicuius rei nõ trãsfert eam in dñium eius: cui ꝓmittit. Et ideo nõ ex hoc ipso q; aliquis rẽ aliquã ꝓmittit definit res illa esse in potestate sua. Cũ ergo in voto simplici nõ fit nisi simplex ꝓmissio corporis sui ad cõtinẽtiam seruãdã: per votũ simplex adhuc remanet homo dominus corporis sui. Et ideo põt ipsuz dare alteri: sz vxori in qua datione matrimoniũ sacramẽtum cõsistit, q; indissolubile est. Et ꝓpter hoc votũ simplex ℈ius impediat ꝓtrahẽdũ: q; peccat cõtrahẽs matrimoniũ post votũ simplex ℈tinẽtie: qz tũ Sctus est nõ potest matrimoniũ per hoc dirimi. ¶ His habitis dicẽdũ est ad rõnes in oppositũ. Ad primã rñdet negãdo cõsequẽtiã. Et ratio est ℈s sctũ tho. q: licet votũ sit fortiꝰ vinculũ: q; matrimoniũ: ꝙtũ ad id cui: & ad qõ ligat. qz ꝓ matrimoniũ ligatur homo vxori ad redditionẽ debiti, sed per votũ deo ad cõtinẽtiã seruandam tamẽ ꝙtum ad modũ ligãdi matrimoniũ est fortius vinculũ: q; votũ simplex. quia per matrimoniũ traditur actualiter vir i possessionẽ vxoris nõ aũt per votũ simplex: vt dictum est. potiꝰ aũt semper est cõditio possidentis. ¶ Ad secundã respondetur negãdo cõsequẽtiam. Et ratio est ℈m sanctum tho. qz preceptũ phibẽs matrimoniũ inter cõsanguineos nõ habet inꝑtũ in se est q; preceptũ dei aut ecclie q; dirimat matrimoniũ cõtrahẽdũ: ſz inꝑtũ facit q; ꝙsanguinee corpus nõ possit trãsire in potestatẽ cõsanguinei. hoc autẽ nõ facit preceptũ phibens matrimoniũ post votum simplex: vt ex dictis patet. Et ideo ratio nõ sequit. ponit enim ꝓ causa quod non est causa.

Ad. j. arg. Sanc. tho.

2 **Ad secundam** q; post votũ simplex ꝓtraxit nõ possit reddere debitum. ℣ Primo sic. Qui nihil de se sibi retinuit nulli de se aliqd dare põt. Sed iste ꝓ vota nihil de se sibi retinuit ergo nulli aliqd teneꝰ reddere. ¶ Scõo sic. Iste se totũ dedit deo ꝓ votũ. Queraꝰ ergo ꝓ qd absoluit ab illo. vñ q; ꝓ nihil ergo adhuc tenetur. Si dicat q; per matrimoniũ. Cõtra ipe per actum matrimoniũ in carnali copula mortaliter peccauit, sed ex petõ non ꝺz reportare commodũ. ergo ex hoc non debet absoluꝛi a voto ergo adhuc tenetur non reddere. ¶ In oppositum est. c. presens. ¶ Respõdeo dicendũ iuxta sctũ th. in. iiij. q; ille q; ꝺhit matrimoniũ per verba de presenti post votum simplex: nõ potest cognoscere vxorem suã carnaliter sine peccato mortali. quia adhuc restat sibi facultas

Ad secũdã. Sctus Th.

Opponit & Respondet.

adimplẽdi votum,q; adhuc potest religionẽ intrare ante matrimoniũ cõsummatum. Sed postq̃ iã matrimoniũ cõsummatũ est: est sibi factũ illicitũ nõ reddere debitũ vxori exigẽti. Et ideo ad hoc obligatio voti non se extẽdit: vt ex dictis patet. debet tamen lamentum penitentie recompensare pro continentia nõ seruata. Et q̃to votum illud simplex fuit manifestius emissum tanto maior penitẽtia debet trãsgressori poni.

Ad.i.arg. Albertus.

¶ Ad rationes in oppositũ. Ad primã rñdeť iuxta Albertũ in.iiij.q̃ ślibet ꝑsona dupliciter ꝓsideratur scz in se: z ꝑut est mẽbrũ ecclie. ꝓout autẽ in se ꝓsiderať põt de se facere: quicqd vult, qõ nõ cedit in ꝓiudiciũ sui inq̃tũ aũt est mẽbrũ: nõ q; hoc cederet in ꝓiudiciũ cõitatis. vñ dicẽdus, q̃ ille vouẽdo fecit qõ voluit: inq̃tũ est ꝑsona, sed nõ inq̃tũ est mẽbrũ ecclesie. sic eñ adhuc cadit ordinatio ecclie super eũ: z sic iure institutionis ꝓ cõi vtilitate facte dat se alteri licet peccet mortaliter. Sepe eñ hoc ꝛtingit. q̃ ꝛtrahẽdo quis peccat mortaliter: z tamẽ stat cõtractus. Et est hec ratio q; vitiũ nullũ est in contractu, sed in cõtrahente qui se ad oppositũ obligauit: vel dicendũ iuxta sententiam sancti thome. negando minorẽ. dicimus enim q̃ per votũ simplex, homo nõ trãsfert sui ipsius dominiũ in alteruz. Et ita falsum est qõ nihil sibi retinuerit.

S. Thom.

¶ Ad secũm. Albertus,

¶ Ad secundam iuxta Albertum primo respondetur q̃ absoluitur per ius acquisitum virtute ecclesiastice institutionis. Et cõtra hoc nõ procedit obiectio q; bene conceditur, q̃ per coitũ non absoluitur vel respondetur iuxta sententiam sancti tho. supra positã negando assumptum. dicimus enim q̃ ipse licet ꝓmisit non tamen actualiter se totum dedit.

Sanct. tho.

Primũ arg. 3

Ad tertiam sic ꝓcedit. † Et videtur q̃ talis potest exigere debitum sic. Votum ita repugnat dationi: qua alij dat ius in corpore suo: sicut exigẽtie debiti, sed primũ stat quia tenetur reddere ei cui ius in suo corpore dedit. ergo potest etiam exigere.

Opponit z Respondet.

¶ In oppositũ est veritas. ¶ Rñdeo dicendũ sub ista cõclusiõe, q̃ qui votũ fecit simplex z ꝛtrahit matrimoniũ licet reddere teneať, nõ potest sine peccato exigere. quam cõclusionẽ sic declarat sanctus tho. in.iiij. q̃ talis qui sic vouit: z tñ contragit q̃tum ad ea in quibus non est factus impotens: votum continentie seruare post cõtractũ matrimoniũ adhuc obligať ad seruãdũ ꝓpter quod mortua vxore tenetur totaliter cõtinere. Et q; ex matrimonij vinculo nõ obligatur ad debitum exigẽdum. Ideo nõ ꝓtest petere debitum sine pctõ: q̃uis possit sine peccato reddere debitum exigenti: postq̃ obligatus est ad hoc per carnalem copulam precedẽtem. Hoc autem intelligendum est sine mulier exꝓresse petat: siue interꝓetatiue: vt qñ verecunda est mulier: z vir sentit eius voluntatem de redditione debiti: tũc enim sine pctõ reddere potest. Et ꝓcipue si ei timet de periculo castitatis. Nec ob. q̃ sunt pares in actu matrimonij: q; quilibet põt hoc qõ suum est renuntiare. Quidã tamẽ dicunt q̃ põt petere z reddere ne ꝓmissis onerosum reddatur matrimoniũ vxori semper exigenti. Sed si recte inspiciatur hoc est exigere interꝓetatiue. ¶ Ad rationẽ in oppositũ rñdeť negãdo assumptum, qñ illud non est verum sicut patet ex dictis.

Ad argu.

4 ¶ Hic surgit questio. † Quid rñdẽdum sit cum persona que fecit simplex votũ querit an possit cõtrahere. Rñdeo ſm hosti. debet responderi q̃ non. Et si vltra querit dicens. Quid si contragero nũquid tenebit matrimoniũ, nõ debet respondere: alias peccat: q; dat occasionem mortaliter peccãdi. Lege.

Questio. Respondet.

¶ [Nos nouimus] hoc.c. vt dicit hu. nec ad primã questionẽ nec ad secundã aliquid operatur. licet ſm magistrũ ad primã questionẽ referať [nouimus.] q; tale ꝓpositũ sepe manifestauerat: z emiserat sepe multis presentibus. hug. [testes]. i. cõscij. sicut illud. testis est mihi dominus. [otium sanctũ]. scz quietis cõtẽplationis: [nauigasti] metaphorice loquitur. Si cut enim nauigãtes se cõmittunt aque z vento: vt iam nõ ꝓprio arbitrio ferãť, sed quo aqua ducit z ventus impellit: sic cõiugati cõmittũt se gubernationi alterius: vt iam ꝓpria libertate vti non possint, sed voluntati cõiugum in multis se subijciunt: z sicut nauigãtes multis exponunť periculis pro necessarijs inueniendis. vnde apls de his qui in matrimonio cõiuncti sunt. j. ad corin. vij. dicit. Si acceperis vxorẽ nõ peccasti. Si virgo nupserit: non peccauit. Tribulationem tamen carnis habebũt huiusmodi. dicit gl. quia cura z solicitudine ꝓuidẽdi sibi: z vxori: z filijs: z familie, sed ꝓcipue illa sunt pericula: z illi dolores: qui continue contingunt ex malitia z molestia ipsarum cõiugum. hu. [dicerem]. i. ꝓciperẽ: z suaderem. hugu. [cubanis.] ꝓpriũ nomen est loci: ficut aurelianis. hug. ibi enim bonifacius augustinum exhortatus fuerat ad conseruationem sui ꝓpositi. hug. [continenter viuere non licet] ad quod ꝓtius tenebaris ex voto facto [non debueris [ecce q̃ dicit illum peccasse frangendo votum, sed q; vt dictum est tale votum simplex licet impediat matrimoniũ contrahendum: non tamen dirimit contractum. ideo non separantur ab inuicẽ: nec cogitur seruare votum: quia iam corpus suum dedit in potestatem vxoris. [innocẽter]. i. sine pctõ q; ignorãtia facti excusat eam. Et innuitur a sensu contrario: q̃ si ipsa sciuisset: z ei nupsisset: peccasset. qõ verũ est. ar. xxxij. q.ij. hoc sanctum. hu. [simpliciter]. i. sine fraude z dolo.

Exponit literam.

Ecce. ſ. est. Concludit hic gratian q̃ ſz male: nec ad ꝓpositũ sui: nec est ſimile de vno alio. sicut ꝑs aspicẽti. [[Iste] scz bonifacius [nõ est coactus.] Et hoc ideo: quia non erat sui iuris quo ad hoc. vxor enim erat impedimẽto nec ad hoc debet cogi. hu. arc. vt paret supra. c. xxi. Et sic nõ videť ꝑbari ꝓpositũ magistri quod ponit. ſ. ſ. his ita. scz qõ ideo nõ cogatur: q; nõ est subsecuta aliqua obligatio post cõceptionẽ cordis: ſz ore ꝓnũtiauerit [auctoritas illa ꝛc.] q̃ ꝑbãdis animũ indulget, dicit q̃ intelligẽda est de notis. ignotis autem debet concedi triennium: ad quod inducit. c. sequens.

Diuisio.

1 ☞ Ignotus volens ingredi religionem debet esse in probatione per triennium.

2 Ingrediens monasteriũ z sumens habitũ an sit monachus.

3 Seruus inuito domino potest facere votũ continentie: z ꝓpriis renuntiare ac vouere.

4 Seruus factꝰ monachus an sit reddẽdus dño suo eũ poscẽti.

5 Seruus receptus ad professionem an debeat remanere in monasterio ante triennium.

Et quid si post factam professionem sit manumissus. nu. 6.

Exponit literam.

Iquis. Capitulũ hoc sumptũ est ex cõcilio toletano. Sũma † ignotus volens ingredi religionẽ per triẽnium debet esse in probatione ante professionẽ. Et diuiditur hoc. c. in tres partes scm tria dicta. q̃. ibi, z si. ij. ibi. Si autẽ. Lege. ¶ [Si quis incognitus] hic ponit aliquas regulas hu. prima. distinguit enim volens intrare monasteriũ. Aut est laicus ignotus: debet ꝓbari per triennium: vt hic dicitur. z di. liij. legẽ. z di. liiij. si seruus. Aut est clericus ignotus: z laicus notus debet ꝓbari biẽnio: vt. xvij. q.iij. monasteriũs. si est clericus cognitus datur ei vnus annus ꝓbationis. ſ. in. c. gonsaldus. z ſm hoc exponetur litera. [Si quis incognitus] scilicet laicus. Alia regula est eius distinguitur aliter sic circa ingredi volentes monasterium duo precipue inuestigantur: scilicet vita: z conditio, scilicet an sint serui vel liberi. Aut ergo vtrunq; horum scitur: aut vtrunq; ignoratur: aut alterũ scitur, z alterum ignoratur. Si vtrunq; ignoratur triennio datur vt hic dicitur. Si alterum ignoratur biẽniũ datur. Si vtrũq; scitur datur vnus annus, z sic cõsonãt omnia capitula. Et secundum hoc exponitur sic. [Si quis] clericus vel laicus incognitus vita z conditione. Si vero est notus abbati in potestate est abbatis q̃to tempore sit in probatione. Nam statim potest recipi: z copulari, vt dicitur in auten. de sanct. epis. ſ. si seruus. si non est adeo notus erit per annum. si est incognitus ex toto per triennium. hugu. Sed nec illa solutio est ꝓbanda: scilicet qõ diuersi patres ꝓbandis diuersa spacia tẽporis induxerũt ſm diuersitatem temporum vel consuetudinẽ locorum. hugu. [monachali habitu.] ergo in laicali vel clericali debet esse probatio, qõ verum est. arg. distinc. liij. legem. z di. liiij. multos [nõ ꝓstetur,] q̃ si fuerit ꝓscitus monachꝰ. est. distinc. lxxvij. subdiaconus. hoc intelligo esse verum: si fuerit ꝓscitus causa religiõis: scilicet vt esset monachus. Si vero fuerit ꝓscitus causa ꝑbationis sicut moris est in quibusdam locis, vel causa ludi vel simulationis vt sub tali habitu tutius posset latere, vel per aliquẽ locũ transire nõ ꝓiudicatur illi. ar. xv. q.i. illud. [Et si infra tres] secunda pars. [A tẽpore sciẽtie domini.] Ego credo qõ statim incipiat currere a principio, scilicet probationis z hoc in fauorẽ religionis. hugu. [omnis aut seruus] qui inuito domino intrare monasterium non debet. ¶ Hic surgunt varie questiones. † Prima est vtrũ ingrediens monasterium z sumens habitum sit monachus. Ad hanc questionem dicit hugutio, quod quidã dicunt quod non. quia inuito domino non potuit constituere hominem supra caput suum, quod exigit regula monachorũ, vel regularium, vt. xxj. questione prima. nõ dicatus z questione secunda, statuimus. Sane videtur posse dici, quod sit monachus. ar. distinctione. liiij. si seruus scientie. † Nã inuito domino potest votum continentie facere, z ꝓpriis renũtiare, ac vouere, scõm regulam monachorum quatenus licet, saluo iure domini, quod habet in corpore, sed animam quidem inuito domino, deo obligare potest. xxix. questione secũda. omnibus. sed corpus alicui monasterio, vel hominum subijcere non potest

Questio. j.

Rñdet.

Diuisio.

Exponit literam.

Diuisio.

Exponit literam.

Opponit.

Rñdet.

Questio. ij.

Rñdet. 4

Tertia qõ.

Respondet. 5

Raymũdꝰ.

Quarta qõ.

Rñdet. 6

Jquis. Ad idem est hoc. c. ex cōcilio car thaginen. sumptum. Summa est in rubro. Et diuiditur in duas partes. In prima statuit: q si aliquis clericus fuerit episcoporū iudi cio damnatus: non debet a sua ecclesia vel ab aliquo defensa ri. In scda punit pena pecuniaria: z priuatione honoris: eū qui talem defensare pꝛesumpserit. secūda ibi: impositā. Lege. ¶ [Si quis] quibus pꝛefuit diuersis temporibus, alīs cōtra dist. lxxxix. [Singula.] scōm hug. qō dicitur vt no. §. e. q. j. in summa. Archi. † Est tamen casus in quo quis potest pꝛeesse plurib⁹ ecclesijs. iiij. q. in vnio. §. e. q. j. c. j. hug. [ab ecclesijs]. i. ab ecclesiasticis viris. Ber. hisp. [defensari] contra episcopū: erroꝛi eius fauendo. hug. [impositā] scz ei: qui eum defensa uerit. hug. [pecunie.] Videtur hic colligi: q pena pecuniaria possit affligi clericis. Sed in casu hoc liceat optime distinximus. xvi. q. vj. cognouimus. vel distingue literam sic. [pecunie] si est laicus [honoris] si clericꝰ [quo] scz damno pecunie [vt honoris]. i. a qua pena: nec etatē ꝛc. Intellige si sit capax doli. Secus eīi esset de puero non capaci doli.

Diuisio.

Exponit literam.

Jforte. Ad idem sequitur hoc capitulum ex concilio arelatēn. sumptum. Sum ma est in rubro. Breue est. Lege. ¶ [Si forte] idem dicitur in omnibus istis capitulis. [non recōciliauerit] si po terit: §tum in se est. i. si eum defenderit. nō enim. quilibet te netur

1

Raymundꝰ Hostiensis.

netur eum reconciliare ēpo suo hoc enim potius spectat ad pꝛelatos. ꝛc. dist. discordantes. z. v. q. ij. si primates. sed tenet eum non defendere. hu.

Diuisio.

Jepiscoporum. Ad idez sequitur hoc. c. pape gre goꝛij. Summa est in rubro. Et diuidit in tres partes. In prima narrat: qualiter quidam epi qui causas suas coram apostolico tractare debebant: ad seculares iudices recurrunt inde cupientes habere refugium. in scda hoc malnȝ peccatis deputat gregorius. in tertia cōminat: q nisi predicti epi cito ad eum reuertantur: canonicam districtionem in eos exerce bit. secunda ibi: sed vt mei. tertia ibi: hoc tamen breuiter sug gere. Lege. ¶ [Si episcoporuȝ pissimos dominos]. i. impera toꝛes: quos sic ex humilitate nomināt. simile. dist. lxiij. no bis. alīs filius eius appellatur. xcvj. dist. si imperatoꝛ ber. bis. aliozū. quā mea. ber. hispa. [disponuntur]. i. tractantur sine mea autoꝛitate. hug. [Sed vt episcopi] secunda pars [ago] de pena mihi illata ex eoꝝ despectu: siue ex eo: q despicior peccatis meis [deputo] loquitur ex humilitate: nec cōtra cō scientiā sicut nec aug. di. xl. ante omnia. hu. [hoc tamen breuiter] tertia pars.

Exponit literam. Bernardus hispanus.

¶ Causa. xxij.

Quidam epꝰ. Hic in titulat xxij. causa. in superiori causa tra ctatum est de obedientia clericoꝝ ruȝ erga suos episcopos. Et quia clerici in tantam audaciam pꝛosiliunt: q quandoq; iurant pꝛelato suo non obedire. ideo gratianus banc. xxij. causaȝ subnectit: in qua de iuramento tractat z de menda cio: z quos comites iuramentum habeat que vt melius pa teant thema pꝛoponit: z ex eo. v. questiones elicit.

¶ Questio. j.

3 ☞ Periculosum dicitur aliquid tripliciter.
5 Iuramentum assertorium quod dicatur.
Quod pꝛomissorium. nu. 6.

Diuisio.

Quod iuramentū. Hic in titulatur. Prima questio: qua queritur vtrum iu ramentum sic pꝛestandum ab aliquo vel nō. Et diuiditur hec questio in quinque partes. In prima probat per decem capitula qō pro re licita possimus iurare: z ex causa alias nō. pro plenioꝛi in telligentia huius queruntur quatuoꝛ.

1 ¶ Primum est vtrum iurare sit deum in testem invocare.
2 ¶ Secundum est vtrum iurare sit licitum.
4 ¶ Tertium quot species iuramenti.
7 ¶ Quartum que sint cause institutionis aut concessionis iu rameti.

Primus argumentum.

1 Ad primum sic procedit. † Et vī q̄ iurare non sit deum in testem invocare. primo sic. accipere testimoniuȝ adeo vel ab homine non differt nisi materialiter: sed ille qui invocat dominem in testem non di citur per dominem iurare. ergo nec qui invocat deum in te stem dicetur per deum iurare. ¶ Secundo sic. dicit augu. iu rare est ius veritatis deo reddere. sed quicunq; verum dicit etiā si nullū invocet testimoniuȝ ius veritatis deo reddit. er go ad iuramentum non requiritur invocatio divini testimo niū. ¶ Secūdo sic. Quicunq; inducit auctoritatem sacre scripture inducit deum in testimonium: cuius verba pꝛoponunt in sacra scriptura. Si ergo ozare est deum in testem invocare quicunq; inducit auctoritatem sacre scripture iurarer, qō est falsum. ¶ In oppositum est beatus aug. in quodaȝ sermone de periurio dicens, quid est per deuȝ niū testis est mihi deus sed ista est communissima forma iurandi. ergo iuramentum est invocatio divini testimoniū. ¶ Respondeo sub ista cōclu sione iurare est deum in testem vocare. patet cōclusio. ex au toritate aug. inducta. ¶ Secundo sic. omne illud qō ad con firmandum aliquod assumitur quodam mō pro testimo nium. sed in iuramento divina veritas ad confirmationē no stri dicti inducitur. ergo iurare est deum in testem invocare. conco. Ray. in summa dicens. iuramentū est affirmatio. ve. negatio de aliqua re sacre rei attestatione firmata. hostien.

Scōm arg.

Tertius ar.

Opponit in contrarium.

Rīdet.

Opponit z Rīdet.

sequens ray. sic dicit. iuramentum est assertio: vel negatio de aliquo licito: possibili: z honesto sacre rei attestatione firma ta. ar. in auc. de man. prin. §. sed nec. Et dic sacre rei pura cuā gelīs: vel etiam fidei. Nam etiam per fidei interpositionē ob ligatur quis. sicut per iuramentuȝ. extra ne pꝛela. vices suas. querelam. extra. de arbi. pernenit. ꝛc. ideo divi sacre rei: quia non licet iurare per creaturas non sacras §m goff. vt no. ex tra de iureiuran. z ch. christus. hec hostien. Concor. etiam gl. hic dicens. iurare est aliquid teste deo dicere. hug. sic iurare est deo inducto teste aliquid asserere. vel negare. vel sic. iura mentum est actus iurandi ad aliquid asserendum vel negan dum sub attestatione sancti: vel sacrorum: vt per deum. vel per has reliquias iuro: quod ita est: vel non est. Pro plenioꝛi intelligentia huius queruntur quatuoꝛ.

Hugutio.

S. Thom.

1 ¶ Primum est vtrum iurare sit deum in testem invocare.

Primus argumentum.

Scōm arg.

1 Primo ex duplici autoritate pꝛostea in. c. pꝛesenti scilicet ex illa matthei. v. Ego dico vobis nō iurare omnino. z ex illa ia cobi. v. Ante omnia fratres mei nolite iurare. Nihil enim q pꝛohibetur in divina lege: est licitum. ¶ Secundo sic. id qō est a malo, videtur esse illicitum. dicitur autem matthei. v. Sit autem sermo vester est: est: non: non, quod autē abundā tius est a malo est. ergo iuramentum videtur esse illicitum. ¶ Tertio sic. omnis actus qui est perniciosus aut periculo sus, est de se malus: z illicitus. sed huiusmodi videtur esse iu rare. dicit enim augustinus in quodam sermone iuratio aut est perniciosa aut periculosa ergo. ꝛc. ¶ In oppositū est ca pitulum pꝛesens. cum multis alīs sequen. ¶ Respondeo di cendum. quod fuit erroꝛ manicheoꝝ, q omne iuramentū esset illicitum siue per creaturas siue per deū qui erroꝛis sui occasionem sumpserunt ex illo dicto domini xlDatth. v. Et illo dicto Jacobi quod quidem verbum domini male intelle xerunt dupliciter. primo quia crediderunt: quod dominus ipsum iuramentum pꝛohiberet tanquā de se maluȝ. secundo quia intellexerunt per hoc quod dicitur non iurabis omni no, quod dominus omne iuramentum pꝛohiberet. Et in pri mo erraverūt quia cum lex divina non pꝛohibeat: nisi quod malum est de se iurare autem iper deum: est adducere ipsam veritatem in testimonium: nec fit contra rationem rectam:

Tertius ar.

Opponit z Rīdet.

Ad primum argumentū. S. Thom.

Ad secūdū.

Ad tertiuȝ.

nec contra consuetudinem bonam: non est malum ꝑm se. cuꝫ nec contra legeꝫ dei: imo ꝑm legem dei dicentis deutero. vi. dominū deum tuum timebis: ⁊ per nomen eius iurabis. itez dicit. reddes domino iuramẽta tua. ¶Matthei. v. preterea nullus actus est ꝑm se malus. qui habet exemplar in ipso deo ⁊ in sanctis. sed adiuratio per deum est huiusmodi. quoniam ipse deus iurauit per semetipsum secundum ꝙ dicit apostolus ad hebre. vj. ⁊ in ꝑs. iurauit dñs ⁊c. Et genē. xxij. apostolus ẽt in multis locis iurauit vt patet ad ro. j. Testis est mihi deus. ⁊c. ergo false credebant ⁊ erronee dicentes iuramentum esse prohibitū tanquā ꝑm se malum. ¶Secundo errabant. quia credebant iurationem omnino esse prohibitā. Et iste error venit ex ignorantia manifesta. quia nescierūt intelligere: vt dicit dominus Bonaventura in tertio, ꝙ alius sensus facit negatio. preposita enim facit equipollere particulari negatiue. sed posita facit equipollere suo contrario vnde refert dicere. ¶Non omnis homo currit. ⁊ omnis homo non currit. dominus autem non dixit omnino non iurabis: sed dixit. non iurabis omnino. vnde non prohibet omnes iurationem: sed prohibuit ꝙ non esset omnimodo ⁊ sine omni causa iurandum. Et ideo errore isto abiecto tanq̄ irrationabili ⁊ pernicioso concedendum est: ita ponitur pro cōclusione ꝙ licitū sit iurare per deum. quam conclusionē tenet vniuersalis ecclesia. patet etiam ex dictis autoritate ⁊ exemplo domini: ⁊ sanctorum, quia tamen non est ita licitum iurare: quin aliquo modo possit esse illicitum. Ideo notandum cuꝫ sancto thoⁿ. in. ij. ij. quod nihil prohibet aliquid esse secundum se bonum: quod tamen cedit in malum eius: qui nō vtitur eo conuenienter sicut sumere eucharistiam est bonum: ⁊ tamen qui indigne sumit: iudicium sibi manducat ⁊ bibit. vt dicitur. j. ad cozin. vj. Sic igitur in proposito dicendum est quod iuramentum secundum se est bonum: ⁊ honestū quod patet ex origine: ⁊ ex fine. Ex origine quidem: quia iuramentum est introductum ex fide qua homines credunt deuꝫ habere infallibilem veritatem: ⁊ vniuersalem omniuꝫ cognitionem ⁊ prouisionem. Ex fine autem: quia iuramentum inducitur ad iustificandum homines: ⁊ ad finiendum controuersias: vt dicitur ad hebre. vj. sed iuramentum cedit in malum alicui: ex eo ꝙ male vtitur eo. i. sine necessitate ⁊ cautela debita. videt enim parua reuerentiaꝫ habere ad deum: qui ex leui causa eū inducit: ꝙ nō presumperat de aliquo viro honesto iminet etiā periculum periurij: qz de facili homo in verbo delinquit ꝑm illud Jacobi. ij. si quis in verbo nō offendit hic perfectus. vnde ecclesiastici. xxiij. dicit, iurationi non assuescat os tuū. multi enī casus in illa. ¶His habitis dicendus est ad rationes in oppositū. Ad primaꝫ ¶Matthei. v. respondetur, ꝙ non prohibetur actus iurandi: sed ne faciliter iuret ꝓpter periculum periurij: ⁊ ne homo ex quacunqz causa iuret. vnde aug. libro contra mendaciū, ꝙ apostolus in epistolis suis iurans ostendit quomodo accipiendū esset: ꝙ dictuꝫ est. dico vobis nō iurare omnino ne scilicet iurando ad facilitatem iurandi veniatur: ex facilitate iurandi ad cōsuetudinē ⁊ consuetudine ad periurij decidatur. Et ideo non inuenit iurasse nisi scribens vbi cōsideratio cautioꝫ nō habet linguā precipitem. ¶Ad autoritatez de beato Jacobo eodē modo respondetur negando assumptū. Aliud enim est esse malum ⁊ esse a malo. quia sicut dicit augustinus in libro de sermone domini in monte. Si iurare cogeris scias de necessitate venire infirmitate eorum quibus aliquid persuades: que vtiqz infirmitas malum est. itaq; non dicit ꝙ amplius est malum est. Tu enim non malum facis: qui bene vteris iuratione: vt alteri persuadeas: sed a malo est illius cuius infirmitate iurare cogeris. ¶Ad tertiā respondetur ꝙ assumptum est verum de eo ꝙ est periculosum: sicut causa periculi. ꝓpter quo nota iurta dominū Bonaventuram† qō periculosum dicitur aliquid dupliciter aut qz periculi causa: aut qz periculi occasio. iurare aūt per deum dicitur periculosum nō qz causa periculi. potest enim esse meritoriū ⁊ bonum. sed qz est occasio periculi in eo: qui non diligenter obseruat qualiter iuret.

4 **Ad tertiam** questionē qua queritur† quot sunt species iuramenti. Respondetur ꝙ due. secundum Raymū. ⁊ sanctus Thoⁿ. ⁊ alios doctores. Nam quoddam est assertorium: ⁊ aliud est promissorium. †Assertorium dicitur quod fit ad confirmationem veritatis presentis vel preterite: puta sic esse vel non esse† promissorium vero est de eo: quod in futurum a iurante faciendum expectatur: vel per se vel per alium. Sunt alie diuisiones iuramenti: que magis pertinent ad forum cōtentiosum. Et addit sanctus quod hoc aliquando fit simpliciter: vt cum dicitur, testis est mihi deus: quod verum loquor. vel per deum: quod ad idem est secundum Augustinū. aliquando vero per execrationem vt cum quis obligat se ad aliquam penam: vt si hoc non fecero: hoc accidat mihi: vel filijs meis ⁊ huiusmodi. ⁊ tūc secundum Augusti. illa per que sic iurat obligat deo: vt hoc illis eueniat si secus est: quam dicit.

Augustin⁹.

Rūdet.

Exponit literam.

/psal. cix. a.

Bonauen.

S. Thoⁿ.

Ad primum argumentū. Augustin⁹.

Ad secūdum.

Ad tertium.

Bonauen.

Rūdet. Raymund⁹. S. Thoⁿ.

1 ¶Casus quatuor in quibus licitum est iurare.
2 Cause in quibus licite iuratur.

Omne. Ad idem inducitur hoc. c. quod est octaui concilij toletani. Summa ponitur in rubro. Et diuidi pōt in quatuor partes secundum quatuor casus: quos ponit in quibus licitus est iurare. secundus ponitur ibi: sed ⁊ omne. tertius ibi: omne enim. quartus ibi: qō ⁊ si. Lege. ¶[Omne]† quatuor casus sicut diximus assignat hic synodus toletana: in quib⁹ licitum est iurare. ¶Primus est de discordantibus: qui cum reconciliantur binc ⁊ inde iuramenta prestantur vt inter eos firmior pax seruetur. Et hic casus ponit in principio. ¶Secundus est de amicis: ⁊ socijs: qui confederantur inter se: vt se inuicem iuuent: ⁊ iuramenta binc ⁊ inde prestantur, vt olim fecerunt iudei: ⁊ romani. bugu. ⁊ hic casus tangitur ibi. Sed ⁊ omne. ¶Tertius est de testibus: qui vt fidem faciant iurare debēt. ibi: omne enim astipulatus passiue idest asseritur vel affirmantur. Hugu. ¶Quartus est de accusato qui testibus non conuincitur: ⁊ infamia laborat: qui pro infamia remouenda: ⁊ innocentia purganda iuramentū debet offerre: ⁊ hoc ibi. Quod ⁊ si testis deficiat ex parte accusatoris: ⁊ accusatus infamia laboret [tyrannis] idest impositio. sed tyrannis dicit: quia iudicis est iurare id est modum iuramento imponere: cum alteri parti defertur: vel a parte vel a iudice. bug. [sola] non excludit purgatores, sed solum vulgares purgationes. s. ferri candentis, vel aque ferventis: ⁊ huiusmodi. que omnes inhibite sunt. ⁊ non sunt faciende.

Diuisio.

Exponit literam.

Primus casus.

Secūs casus

Tertius casus.

Quartus casus.

Allexander de balis.

2 ¶Questionis. v. consuluisti. bu. ¶Nota hic quod plures cause assignantur a doctoribus, in quibus licite iuratur quas ponit Alexander de balis in tertio. Quedam enim sunt ex parte boni introducendi. Quedam vero ex parte mali vitandi. Ex parte vero boni quedam scilicet pro veritate confirmanda: ita iurat apostolus ad ro. j. Testis est mihi deus ⁊c. Quedam pro veritate declaranda. deutero. xix. in ore duorum vel triū ⁊c. Quia vt dicit canon non est testis nisi iuratus. item pro amicitia cōrabenda. genē. xxxvj. dixerunt viri gerare ad Jsaac. Sit iuramentum inter nos. item pro pace reformanda, vt genē. xxj. iurauit iacob per timorem patris sui Jsaac.

Item

Allexander de balis.

Archidia.

Item pro fidelitate seruāda: sicut barones principibus suis vel regi. sicut fit quando coronatur rex. ij. Regū. v. venerūt senes israel ad regem: ⁊ percussit cum eis fedus coram domino. item pro obedientia ⁊ subiectione recognoscenda: ⁊ sicut iurant abbates episcopo ⁊ filij galaad iepte. iud. xj. dominus qui hoc audit ipse mediator ⁊ testis est, quod nostra promissa faciemus. item pro confirmatione promissi. ꝑs. iurauit dominus veritatem: ⁊ non ⁊c. Item pro consuetudine approbata seruanda: vt canonici. ⁊ exo. xxiij. filij israel data lege: quasi iuraturi se domino seruituros. be octo cause sunt propter bonum introducendum. ¶Propter malum vero vitandū. sunt due cause: vna est pro calumnia sopienda: vt sit iuramentum de calumnia in contestatione litis. vnde ad hebre. vj. omnis controuersie finis est iuramentuꝫ. ⁊ extra de iureiurā. c. ij christus. secūda causa est pro infamia purgāda, deutero. xxj. Si inuētū fuerit cadauer hominis occisi magistratus ciuitatis illius lauabūt manus suas super vitulā.

/psal. cix. a.

Diuisio.

Questio. Primus argumentum.

Opponit in contrarium.

Rūdet.

Allexander de balis.

Exponit literam.

Augustin⁹.

¶Jurandi actus vel affectus an prohibeatur precepto domini.

2 **Affectus dicitur duplex.**

On est. Ad idem sequitur hoc. c. quod est beati augusti. Summa est in rubro. Quia enim quidam vt heretici manichei docebant: ꝙ nullo modo esset iurandum. ⁊ hoc probant per illud matthei. v. Sit sermo vester est. ⁊c. Aug. vero ostendit: qs illo verbo domini non prohibeꝫ iuramentū: sed affectus iurandi. Et diuiditur in duas partes. in prima ostēdit: quod iurare non sit contra preceptum domini, quod ostēdit exemplo apostoli. in secundo ostendit: quomodo iurare non est a malo: sed eius cui iuratur. secunda ibi. Quamuis.

1 ¶Pro plenioꝛi intelligentia huius capituli. Queritꝛ† vtruꝫ precepto domini prohibeaꝫ actus iurandi vel affectus. Et videtur quod etiam actus. dicitur enim exo. xx. non assumes nomen dei tui in vanum. glo. iurando pro nihilo. sed hoc nō dicitur solum de affectu: sed etiā de actu. ergo ⁊c. ¶In oppositum est capitulum presens. secundo sic. dicitur iacobi. v. Ante omnia fratres mei nolite iurare. gl. prohibetur ibi affectus iurandi. vnde nolite iurare idest non affectetis iurare ergo videtur quod non prohibeatur iuramentū rōne actus: cum non fiat mentio de actu: sed ratione affectus. ¶Respondeo dicendum, ꝙ iuramentum prohibetur ratione affectus voluntarij: ⁊ non actus. patet ista conclusio ex. text. presenti qō est Augustini: ⁊ ex prefata glo. ¶Sed notandum iuxta alexan. de balis in tertio† ꝙ duplex est affectus scilicet inductus: siue compulsus: ⁊ spontaneus. Affectus compulsus est sicut in illo qui proiecit merces in mari: propter periculū enadendū. ille mouetur ad hoc sed coactus ⁊ compulsus necessitate. iurare ergo prohibetur quantum ad affectum spontaneum: scilicet ꝙ non debet homo moueri ad iurandum solo affectu spontaneo: siue voluntario. imo semper affectu inductos per causam sicut est de proficiente merces in mare. ⁊ tantum de hac questione. Lege. ¶[Non est preceptus] illud scilicet nolite iurare [non est iuratio que malo] scilicet culpe sine affectus inordinati iurantis non est [sed que a malo] pene eius qui non credit sine iuramento. quia ignorat eum dicere verum vt dicit Augustinus in sermone domini de monte. c. xvj. ignoratia veri est pena peccati: vt dicit Augu. lib. iij. de libero arbitrio [prohibuisse iurare] scilicet ¶Matthei v. vt quantū in ipso est [non iuret] id est non appetat iurare. Ecce qualiter quo ad effectum voluntarium prohibeꝫ, quod tamen aliqui contrarium faciunt habentes iuramentuꝫ pro magno quid. ⁊ est eis suaue id est delectabile: libidine mentiē di. Nam apostolus inducit testimonium ad probandū quod dixerat. ꝙ solus affectus, ⁊ non actus iurandi erat prohibitus. [nam apostolus] ⁊ tamen iuranit cum ait ad ro. j. testis est mihi deus ⁊c. item prima ad cozin. v. quotidie morioꝛ propter gloriam vestram in christo iesu id est hoc iure per iesum christum. vt augu. exponit super epistolam iacobi [non sunt ⁊c. iurationes] quas fecit apostolus ⁊ similes esse iurationes [nō putant quid ⁊c. reprehendit taliter loquentes [faciūt] id est dicunt: siue respondent. prima ad cozin. v. [quotidie] quasi diceret. ego pro ⁊ per vestram gloriam dico: scilicet quod quotidie [morioꝛ] id est pericula mortis subeo [iuro inquā per gloriā vestram] id est per actorem glorie vestre eterne: quam habeo firmiter credo [vos habituros in christo] id est a christo vel per fidem christi quam habetis. bu. [greca exempla] ad que recurrere debemus in dubijs. dist. ix. vt veterum. ex. distin. de quibus. archi. prohibemur. ergo concludit ex premissis ꝙ

Diuisio.

Questio. Primus argumentum.

Secūdū ar.

Tertius ar.

Opponit ⁊ Rūdet.

Prima conclusio.

Secūda cōclusio.

S. Thoⁿ.

1 ¶Juramentum an sit appetendum tanquaꝫ vtile ⁊ bonū. Quod non tanquam per se bonum. nu. 2.
3 Juramentum sit recte nisi incumbat necessitas.

Ita ergo. Ad idem est hoc. c. eiusdem augu. Summa est in rubro. Et diuiditur in duas partes. in prima ponit quo modo iuramentum sit prohibitum: vt scilicet ne quis appetat tanquam sit bonum inter appetibilia deputādum. in secunda exponit autoritatem euangelij. secunda ibi: ad hoc vtiqꝫ. ¶Pro plenioꝛi intelligentia huius capituli.

1 Queritꝛ† Utrum iuramentum sit appetendum tanquam vtile ⁊ bonum. Et videtur quod sic. Sicut votum est actus latrie: ita ⁊ iuramentum. sed facere aliquid ex voto est laudabilius: ⁊ magis meritoriū. ergo pari ratione facere vel dicere aliquid cum iuramento est laudabilius: ⁊ per consequens iuramentum est appetendum tanquam per se bonum. ¶Secundo sic. dicit augustinus quod iurare est ius veritatis deo reddere. sed hoc est honestissimum. est appetendum ergo iuramentum. ¶Tertio sic hieronymus dicit super ¶Matthei. qui iurat venerat aut diligit eum: per quem iurat. sed venerari aut diligere deum est appetendū tanquā per se bonum. ergo ⁊ iuramentum. ¶In oppositum est. c. presens quod est beati augustini. ¶Respondeo dicendum

2 sub duabus conclusionibus. ꝓprima est† quod iuramentum non est appetendū tanquā per se bonum. ista conclusio patet primo per illud ecclesiastici. xxiij. vir multum iurans replebitur iniquitate. ¶Quarto sic. Illud quod non queritur nisi ad subueniendum alicui defectui non numeratur inter per se appetenda: sed intra ea que sunt necessaria: sicut patet de medicina: que queritur ad subueniendum infirmitati. sed iuramentum queritur ad subueniendum alicui defectui: quo scilicet ynus homo alteri discredit. ergo iuramentum non est habendum inter ea: que sunt per se appetenda sed inter ea que huic vite sunt necessaria. ¶Secunda conclu-

3 sio† iuramentum non recte fit nisi necessitas incumbat. conclusio patet ex. c. presenti, vbi dicit augustinus. qui intelligit non in bonis id est per se appetendis. sed in necessariis iurationem habendam refrenat se quantuꝫ potest. vt non ea vtatur nisi necessitas cogat. ¶Secundo sic. declaratur iuxta sentencias Thoⁿ. in tertio sicut in confirmatione que fit per rationes duo sunt: scilicet medium: probatio: ⁊ id quod probatur. ita etiam in confirmatione iuramenti est dictum humanum quasi probandum: ⁊ diuinum testimonium quasi medium probans. ¶Medium autem secundum artem syllogisticam dicitur esse ex eodem genere: vnde in necessariis sumuntur media necessaria: ⁊ in contingentibus contingentia. veritas autem humanorum verborum est minime firmitatis. tum ex hoc: quod error facile rationi accidit. tum ex hoc qō lingua prona est ad defectū: ⁊ ideo dominatur: veritates que est omnino infallibilis. ad dicta nostra confirmanda assumere non multum conuenit: nisi necessitas incumbit. Et ideo iuramentum non est computandum inter ea: que sunt per se expectanda: sed inter ea que propter necessitatem fiunt: sicut sunt bona vtilia, sicut sectio vulneris vel aliquid huius

Ad primum argumentū.

modi. ¶Ad rationes in oppositū. Ad primam respondetur negando consequentiam. Et ratio est secundū sanctū tho. ꝙ alia ratio est de voto: et de iuramento. Nam per votū aliquid in reuerentiam ordinamus: vnde er ipso fit religionis actus: sed in iuramento econuerso reuerentia diuini nominis assumitur ad promissi confirmationem. Et ideo illud qō iuramento confirmatur nō propter hoc fit actus religionis quia secūdum finem actus moralis speciem sortiunt. ¶Ad secūdā respondetur negando consequentiam. Et ratio est iuxta sanctum tho. quia licet suppositō: ꝙ iuramentum sit in stum: sic ꝙ per deum iuretur, quia in hoc ins oziginis omnis veritatis sibi recognoscitur: nō tamen oportet: ꝙ iurare sim pliciter per se sit iustum et bonum. ¶Ad tertiam respondetur etiam negando consequentiam. Et ratio est ꝺm sanctum thomam, ꝙ licet ille qui iurat vtatur veneratione et dilectio ne illius: per quem iurat: non tamen ordinat iuramentum ad venerandum et diligendū eū: per quem iurat. Lege. ¶[Ita] sicut [bonum] per se appetendū: sicut sunt virtutes [per con suetudinem] ar. ꝙ quandoqz a bonis temperandum est ne sit occasio mali. Nam mala sunt vicina bonis: vt dist. lxi. sepe. bug. [non in bonis] id est non inter bona: que per se sunt ap petenda: sicut sunt summa bona: scilicet virtutes. bug. [sed in necessariis] id est inter ea: que nō debēt fieri: nisi cū necessi tas exigit. sub necessitate intellige vtilitatē, causa enim vti litatis iurandum est: sicut cum aliquis nō vult alias credere ꝙ sibi est vtile: et in multis aliis: sicut pro cōponenda pace: et huiusmodi. de quibus. ś. c. questione. in. c. omne alia patent.

Exponit literam.

Tamalum. Ad idem est hoc capitulū eiusdem aug. Summa est in rubro. Breue est: et patet. Lege. ¶[Tu maluz] scilicet prohibitum: cum est necessarium. bugn. et archi. que et si bona non sit iuratio bona est: cum quis vtitur ea cum debitis circunstantiis: vt iurauit apostolus in epistolis, sed dicitur non bona: quia non est per se appetenda: sed necessitate appetitur: vt sibi credatur.

Diuisio.

Tiurabunt. Ad idem sequitur hoc c. beati hieron. super hieremiam. biere. iiij. Summa est in rubro. diuidi tur autem in tres partes. in prima ponit auctoritatem biere. in qua videtur innui, ꝙ iurare sit nobis licitum. in secunda arguit contra ex euangelio. in tertia soluit exponendo dupliciter auctoritatem. secunda ibi: quomodo. tertia ibi: sed hoc. Lege text. ¶[Et iurabunt &c.] verba sunt hieremie vsq; ibi [quomodo] posita sunt verba Hierony. bugu. iurabunt inquam sic dicentes [viuit dominus] ideo per viuentē dominum. bug. [in veritate et in iudicio et in iustitia] isti sunt tres comites: quibus iuramentum fulciendum est si debeat esse bonum: et validum: sicut. ſ. dicemus. e. q. ij. c. ij. [quomō] secūda pars. opponit Hieronymus [quomodo euangelizz] matthei. v. [sed hoc] tertia pars, soluit dupliciter. prima solu tio ꝙ iuramentum capiatur hic pro confessione laudis: vt sit sensus auctoritatis iurabunt. i. laudabūt viuentem in verita te. &c. bug. et archi. [et] pro vel [ad condemnationem] scōa so lutio. vt iuramentum capiat in propria significatione et ostēdit iuramentum ex causa institutum: vt scilicet fugaretur sa crilegium idolatrie, quasi diceret non est contra euangeliū quod hic dicitur: quia ex causa olim filiis israel non solum permissum: sed etiam preceptum. vt si contingeret eos iura re: iurarent viuit dominus. i. per deum: et non per creaturas et hoc ad condemnationem idolorum per que primo iurabat israel. bug. [iusiurandum est] scilicet concessum [ad cōcessio nem mortuorum deorum]. i. idolorum. Ex eo enim qō non audebant iurare per ea: damnabantur. i. condemnabilia: et contemptibilia reputabant: et non credebant aliquid numi nis habere in se: sicut prius: et sic prohibita fuerūt idola a iu ramento: vt contemnerent: et dū esse non crederentur. bugn.

Exponit literam.

Consydera. Ad idem est boc. c. quod est Hierony. super Matthei. v. Summa est in rubro. Breue est. Lege. ¶[Consydera iurare per deum nō prohibuit] imo deutero. ir. precipitur. iurabis in nomine illius. et biere. iiij. iurabis viuit dominus [sed per celum &c. iurare prohibuit]. i. honorez confirmando veritatis deo debitum celo: vel ceteris creatu ris reddere prohibuit iurare: ne aliquid numinis in eis se cre derent et ne putantes se nō tenere iuramento si quis iuraret per creaturas periurium non timerent. An vero per creatu ras licite posset iurari in sequenti capitulo disputabitur. Et hoc scilicet iurare per deum [parvulis in fide] scilicet patri bus veteris testamenti: concessum non solum pro necessita te sed etiam pro voluntate. sed in nouo testamento non nisi pro necessitate conceditur. Hugu. [immolabant]. i. permisi si sunt immolare. Hugu. sic et iurare permitterentur: et preci perentur si contingeret eos vebere iurare: non quod recte hoc facerent id est quasi rectum esset: et appetendum per se esset: et in se: sicut summum bonum. Hug. [melius] electiue: et non comparatiue. simile. xj. questione. iij. nemo peritorum. hug. et glo.

Exponit literam.

1 ☞ Jurare per creaturas an sit licitum.
2 Juramentum assertorium sit dupliciter.
3 Creatura dupliciter potest invocari in testimoniū veritatis.

Diuisio.

Clericum. Ad idem est hoc. c. ex concilio cartbaginen. summa est in rubro. Et diuidit in duas partes. in prima punit clericum per creaturas iurantem. in scōa punit inter epistolas cantantem. secunda ibi: inter. ¶Pro pleniori intelligentia huius capituli et precedentis et sequentis.

Quæritur

1 Quæritur† Utrū sit licitum iurare per creaturas. Et videt quod non sit licitum. primo ex precedenti capitulo: et presen ti: et sequenti. ¶Secōo arguitur ex illo ✠Matth. v. nolite iura re omnino: nec per celum: per qō intelligitur creatura spiri tualis: nec per terram: per quā intelligitur omnis creatura corpozalis. ¶Tertio sic. iuramētum est actus latrie. sed cul tus latrie non debetur alicui creature: vt patet. ergo non li cet iurare per aliquam creaturam. ¶Quarto sic. iurare per deum est deuz in testem inuocare. ergo iurare per creaturas inuocare creaturam in testem. sed irrationabilis creatura nō potest aliquo modo testimoniū veritatis perbibere. ergo stul tum est et vanū per creaturas iurare. ¶In oppositum est qō gen. xlij. dicitur. ioseph iurauit per salutem pharaonis: et ta men sanctus homo erat. preterea patet, quia ex cōsuetudine vniuersitas fidelium iurat per euangelium: et per reliquias et per sanctos. ¶Respondeo dicendum in xta sanctū tbom.

Prima conclusio.

2 et dominum bonauenturam† ꝙ iuramentum assertorium dupliciter habet fieri. quoddam per interpretationem: siue exe crationem: quoddam per simplicem veritatis attestationem siue per ipsius veritatis testimonij inductionem: per inter pretationem iuratur cum quis sibi interpretatur penaz: nisi faciat sicut promittit: vt cum dicit ita viuat filius meus: vel pater boc est dicere: nisi ego implenero quod promitto: vel nisi implenero quod iuro: non viuat filius meus. vel pater meus. et in hac forma iurandi creatura ad testificandum non inuocatur: sed potius ipsi creatori impignoratur: secundum ꝙ dicit Aug. vt boc veniat in caput eorum: qō erit de ore ip sius. Et ita inducit creatura nō vt testis: sz vt in qua diuinū iudiciū exerceat. Et ꝺm hoc modū iurādi sit ista cōclusio. boc modo iurare per creaturam est licitū. patet cōclusio exēplo apostoli: qui scōa ad corin. ſ. air. ego testem deum inuoco in animam meam. ¶Secūdus modus iurandi est per induc tionem testimonij veritatis: tunc est distinguendum† quia

Scōa conclusio.

3 dupliciter potest creatura inuocari in testimonium veritatis aut scōm se: aut ꝺm ꝙ in ea relucet vestigiū veritatis prime. Si secundū se est conclusio secūda qō non est licitum iurare per creaturas. patet conclusio. quia sic crederetur ꝙ aliquid numinis esset in eis ratione cuius veritas dicti posset per hu iusmodi testimonium cōfirmari. boc autem est peccatū ido latrie cum creaturis exhiberetur diuina reuerentia. vñ aug. super illud ✠Matthei. v. dico vobis omnino nō iurare nec p celum: nec per terram &c. dicit quod perfectionis est docuit cum dixit non iurare omnino: quod vero superstitiosum est resecauit: cum dixit: nec per celum &c. ergo iurare per creatu ram illo modo est superstitiosum. secundo modo consyderā do creaturam scilicet ꝺm qō relucet in ea vestigiū diuine ve ritatis: sic est scōa conclusio, ꝙ licet per creaturas iurare. pa tet conclusio. quia boc nihil est aliud: q̄ iurare per eum: qui in creatura relucet: et tunc non veneratur quis creaturam: sed creatorez, vnde sicut bonor qui exhibetur imagini refer ad prototypum. i. ad exemplar sicut dicit damascenus. ita in ratio boc modo facta per creaturam refertur ad ipsum crea turarum creatorem: sicut dicitur. ſ. e. q. c. monet. vbi dicitur. sed sciendum quod sancti per creaturas quasi per creatorem creaturarum iurabant: nec in creaturis ad quem creatorem venerabantur. sicut ioseph qui per pharaonem iurando boc in eo veneratus est: qō dei iudicio positus erat: scilicet prin ceps in memphis id est in egypto. cuius regni illa ciuitas erat caput regni: vel venerabatur eum per quem reges re gnant: et quoniam in omni creatura boc modo deus relucet est conclusio quarta qō per omnem creaturam potest licite boc modo iurare. Quia vero principaliter relucet in istis et maxime

Tertia conclusio.

Quarta conclusio.

Alexander de balis.

maxime in sanctis et maxime in verbis euangelice legis per que nobis diuina veritas illuxit: hinc est: quod per sanctos et maxime per euangelia, consuevit frequentari forma iura tionis: qua quidem iuratur per creaturam. Quidam tamen iuriste vt inquit Alexander de balis dicunt quod non sit li citū iurare per omnes creaturas, quia distinguit quod que dam sunt creature deo dedicate: et ad cultum diuinum man cipate, vt religiose sanctorum: et euangelium. et per bas est li citum: vt dicunt iurare. per alias autem que non sunt huius modi non est licitum. Et boc vt dicunt quia alie non admit tuntur in solenni iuramento: sed ille solum. Sed contra boc dicit Augustinus, ꝙ cōtingit iurare per omnem creaturam vnde super illud ad ro. j. Testis est mihi deus, dicit ipse in glo. qui per lapidem iurat falsum periurus est. Et constat ꝙ boc non esset: nisi tale iuramentū obligatorium esset. Non autem obligaret: nisi per creaturam talem iurare contingeret. ¶Dis babitis dicendum est ad rationes in oppositum.

Ad primum et scōm arg.

Ad primum et scōm arg. Ad omnes auctoritates simul respondetur, ꝙ dominus pro bibuit iurare per creaturas: ita, ꝙ eis exhibeatur diuina reue rentia. Et boc esset quando creature secundum se consydera te in testimonium veritatis vocarentur, boc enim esset super stitiosum sed non prohibuit iurare per creaturas. secundum ꝙ in eis relucet vestigium diuine veritatis. quia sic vt dictū est in eis creatorem earum venerantur. ¶Ad tertiuz respondetur negando cōsequentiam. Et ratio est quia cultus latrie exhibetur ei cuius testimonium iurando invocat. Et ideo, precipitur exo. xxiij. per nomen exterorum deorum non iurabitis. Cum autem non inuocentur creature secundū se consyderate ad testimonium veritatis sed secundum ꝙ relu cet in eis veritas diuina: non exhibetur cultus latrie creatu ris, que in iuramento assumuntur secundum modos predi ctos. ¶Ad vltimum respondetur iuxta dominum bonauen turam, qō assumptum non est vniuersaliter verum: imo ali quādo inuocat ipsuz in testimoniū aliquādo nō inuocat ip sum propter se: sed propter illud: ad quod ipsum refertur vñ quando per creaturam iuratur: non ipsa creatura testificat sed deus qui est creator ipsius et ad ipsum testificatio refer tur: alioqui non esset iuramentum, patet etiam assumptum esse falsum in iuramento quod fit per interpretationem: in quo obligat se siue impignorat se deo: vt dictum est. Lege. ¶[Clericum per creaturas] aliquid numinis in eis esse cre dendo vel non. Et ita eas contemnendo. i. vt non credat se teneri iuramento et sic faciat in dolum: et fraudem proximi [iurantem] in omni loquela: et vulgari [obiurgandum] sup ple decernimus. i. castigandum: vt in proximo capitulo. Nā si talia iuramenta sint cum solennitate inducunt depositio nem: verace tamen sunt prohibita clericis: et laicis, sed preser tim clericis. bug. [si perseverit &c.] xlvij. distin. c. j. [inter] se cunda pars [cantantem] quod debet esse alienum a clericis. vt distin. xlj. et de conse. distin. v. nullus. Et ratio huius pro bibitionis est: qz lectioné attente debēt audire vez comedūt. ergo inhoneste huiusmodi cantilene intermiscerentur. vt di stin. xliij. pro reuerentia. Et videt duo hic prohiberi: scili cet conuiuia splendida: et lasciuie. xliij. distin. nō liceat. bug.

Exponit literam.

Ji quis per capillum. idez est boc. c. quod est pñ pape. Summa est in rubro. Hoc enim. c. loquitur contra illos: qui credebant deum secundum diuinitatem habere caput: et capillos: sicut fuerunt quidam heretici dicentes deum habere membra cor poralia: sicut fuerūt antropomorphite. de quibus. xxiij. que stione. iij. c. vltimo. aut certe contra illos: qui irreuerenter no minant membra christi et quodam exquisito modo iurandi diuidunt ipsum quasi membratim: qui valde rationabiliter sunt redarguēdi: maxime qui per membra christi iurant que in aliis hominibus non censentur honesta. Lege. ¶[Si quis ex dictis] litera patet [prohibemur iurare] dictis modis [ana thematizetur] si nolit satisfacere. Hug. [per creaturas] sicut dictum est in. c. precedenti: scilicet secundum quod in se con syderantur credentes aliquid in se numinis habere. aut in do lum proximi non manifestauerit denuntiando ecclesie. secun dum preceptum euangelicum ad quam denuntiationem qui libet tenetur. vt. xxiij. questione. iij. tam sacerdos. et. ij. q. vij. quapropter.

Exponit literam.

Queritur. ſ. est: in quo incipit secunda pars que stionis secundum Joan. de. vel secun dum Barto. dic monet incidentem questionem in qua que ritur: vtrum sit maius iurare per deum: quaz per euangelia. Et probat ꝙ maius sit iurare per deum ad quod inducit. c. sequens.

1 ☞ Jurare per deum an sit maius: quam per euangelia.

Diuisio.

Jaliqua. Capitulum est beati chrysostomi. Summa est in rubro. Di uiditur autem in duas partes. in prima ponit opinionem contrariam. in secunda illum reprobat, se cūda ibi: quibus. ¶Pro solutione bzeui huius questionis qua

Questio.

1 queritur. †Utrum maius sit iurare per deum quam per euā gelia. Est notandum, quod duo possunt attendi in huiusmo di iuramentis. vnum est per quod iuratur. secundus est quis iurat. Si attenditur id: per quod iuratur tunc est conclusio, quod maius sit iurare per deum: cum deus sit maius: et cuius gratia est euangelium. vnde magis tenetur iurans per deuz: quam per euangelium: et sic loquitur hic Chrysostomus. sed consyderando iuramentum ex parte iurantis videtur con clusio, quod iuramentum quod fit cum maiori deliberatio ne: et maiori solennitate: magis obligat iurantem, quia ex ma iori indicio procedit. maior autez deliberatio adhibetur per iurantem tactis sacrosanctis euangeliis: z maior solennitas coram iudice et scriptoze. Communi vero consuetudine faci liter et sine deliberatione et pro minoribus iuratur per deuz. Et ideo magis punitur periurus iurans per sancta dei evan gelia quam simpliciter per deum. quamuis dese z simpli citer maius sit iurare per deum. huius sententie est sanctus Thomas. in. ij. ij. questione. xcviij. ar. iij. dicens. Est autem gra uius peccatum: si quis solenniter iurat per euangelia quā si per deum communi sermone iuret. Tum propter scandalū: Tū propter maiorez deliberationem quibus equaliter binc et inde positis gravius est si quis per deum iurans periuret: quā si periuret iurans per euangelium. Concor. Ray. bostiē. in summis suis. et Innocen. in. c. et si christus. eodē tit. Lege.

S. Thom.

Raymund.

Exponit literam.

¶[Si aliqua causa] scilicet iurandi. bug. [modicum videt] scilicet imperitis et stultis sic credentibus [maius aliquid] quasi magis se obligasse [quibus] secūda pars facte sunt p pter deum: qz est eorū materia. de eo enim omnes tractant: et loquuntur: et ad euz omnes referūtur. vel quia instinctu eius cōdite sunt. ñ. petri. j. Spiritu enim sancto inspirati loquti sunt sancti homines dei: et eius autoritate firmati. bu. Et de boc satis dictum est. aliquid etiam tangitur in glo.

1 ☞ Periurium omne an sit peccatum mortale. Quod sic er suo genere. nu. 2.
3 Juratio dicitur tripler.

Diuisio.

Habemus. Ad idem sequit boc. c. ꝙ est beati hieronymi super leui. summa est in rubro. Et diuidit in duas partes. in prima premittit verba legis. in scōa ex illis infert admonitionem: qō iuramenta sunt obseruanda: non solum facta super res sacras: sed etiam in communi loquela. secun da ibi: ideo admonendi. ¶Pro pleniori intellectu huius ca pituli queritur. Utum† omne periurium sit peccatum mor tale. Et videtur quod non. primo sic. Sicut cōtingit aliquē loco se mentiri: sic etiam cōtingit aliquem falsum iurare. sed mendacium iocosum non est peccatum mortale. ¶Secundo sic. Sicut contingit aliquem improvisum meditate loqui: ita cōtin git et improvisum meditate iurare falsum. sed graue est dicere: ꝙ ta lis mortaliter peccet. ergo non omne periurium est peccatuz mortale. ¶Tertio sic. Sicut iurare falsum prohibetur pre cepto secundo decalogi. ista iurare sine causa prohibetur. dici tur enim ibi. Non assumes nomen dei tui in vanum. sed iura re sine causa non semper est peccatum mortale. ergo nec iura re falsum. ¶In oppositum est tex. presentis capituli: in quo inducitur diuina lex. tunc arguitur. ad directe est contra mā datum dei: z prohibitionis legis diuine est peccatum morta le. sed periurium directe est huiusmodi. ergo videtur ꝙ sem per sit peccatum mortale. ¶Respondeo dicendum sub ista

Augustin⁹.

Bonauent.

2 conclusione† ꝙ periurium ex suo genere est peccatum morta le. Ista conclusio est sancti Thom. in. ñ. ij. q. xcviij. ar. iij. que probatur, sic secundum eum. Quidquid de sua ratione perti net ad contemptum dei: est peccatum mortale, sed periurium z de ratione sui importat contemptum dei. Ex boc enim habet rationem culpe: quod ad irreuerentiam dei pertinet. vnde manifestum est: ꝙ periurium ex suo genere est peccatū mor tale. Confirmatur boc sic. dicit augustinus in quodaz sermo ne de iuramento. falsa iuratio perniciosa vere periculosa nul la securā sed ꝙ est perniciosum est peccatū mortale. ergo, &c. Est autem iuxta dominū Bonauenturā in tertio circa boc notandū, ꝙ periurium ono dicit. scilicet iurationez et inordi nationem. Est enim periurium iuramentum inordinatum et

Augustin⁹.

3 indebitū. †Iuratio autem triplex est. quedam est deliberata: et

solennizata: sicut quando testes iurant super sancta euangelia in presentia iudicis. Quedam autem est deliberata: sed nō solennizata, vt quando quis in occulto iurat aliquid ex deliberatione intendens illud per diuine veritatis testimonium confirmare. Quedam vero est nec deliberata: nec solennizata sicut quando quis iurat in communi sermone non attendēs quem inuocat: ꝛ ad quid: sed ex quadam consuetudine. Et secundum hoc periurium potest committi tripliciter: ꝛ si committatur iuratione deliberata ꝛ solennizata: tunc est conclusio, ꝙ grane peccatum: ꝛ enorme: ita ꝙ reddit hominem etiā infamez. Si vero committatur iuratione nec deliberata: nec solennizata: tunc est conclusio sua, ꝙ non est peccatum mortale: sed veniale. propter hoc ꝙ lingua in lubrico posita est. Si vero committatur iuratione deliberata: sed non solennizata distinguendum est: quia aut deliberat de dicto: ꝛ de iuramento. vtrum videlicet dictum sit verum ꝛ vtrum sit iuramento confirmandum: tunc est conclusio, ꝙ si peierat mortaliter peccat. Aut deliberat de dicto tantum: vtrum sit verum non tamen de iuramento superaddito: ꝛ tunc est conclusio ꝙ tunc potest esse veniale peccatum. valde tamen est cauendum: quia veniale illud periculosum est: ꝛ multum appropiat ad mortale peccatum. Concordat sanctus thomas in tertio sic dicens. Quoddam iuramentum est: in quo homo non attendit ad iuramentum: ꝛ quasi non percipit se iurare. sed ex lapsu lingue in iuramentum prolabitur. Et quantunc quasi nesciens iurat: ꝛ nescien nō reputatur voluntarius. Et ideo in tali casu videtur quis nō voluntarie iurare. vnde si sit falsum hoc de quo iurat siue percipiat esse falsum sine non dū modo non sit mendacium pernitiosum non dico ꝙ sit peccatum mortale: sed veniale. valde tamen cauendum est propter vicinitatem ad mortale. hec sanctus tho. cōcordat in secūda scē: dicens, ꝙ si non aduertit non videtur habere intentionem iurandi. Et ideo a crimine periurij excusatur. ¶ His babitis dicendum est ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur negando consequentiam. Et ratio est secundus sanctum Tho. quia non est simile de mendacio: ꝛ de periurio: quia iuramentum non est nisi cum magna cautela adhibendum: ꝛ propter vtilitatem aliquas. vnde si iocose aliquis periurat: non excusatur, quia non exitat diuinam irreuerentiam. sed quantum ad aliquid magis auget: ꝛ ideo non excusatur a peccato mortali. ¶ Ad secundam patet responsio ex dictis ꝙ talis impremeditate loquens: cum non aduertat se iurare: non videtur habere intentionem iurandi: ꝛ per ꝛ̄s non est dicendus peccare mortaliter. Aliud esset vt dicit sanctus tho. si aduertat se iurare: ꝛ falsum sit ꝙ iurat. ¶ Ad tertiam respondetur iuxta sanctum tho. ꝙ iurare sine causa nō directe opponit illi precepto. Non assumes nomē dei tui in vanum. sed indirecte. directe autem opponit ei iurare falsū quia hoc est quod confirmari non potest. vnde varia est iuratio. vnde nec oportet ꝙ iurare sine causa semper est peccatū mortale. sicut iurare falsū. Lege. ¶ Habemus nō pollues nomen dei. i. non iurabis pro nibilo nomen dei. i. nec falso: nec dolose iurabis. hn. alie expositiones ponūtur in glo. exo. xx. sed ista est magis ad propositum litere huius [in communi] cū simpliciter iurat per deū: sed etiā in communi loquela videt ꝙ periurij in cōmuni loquela sit minus peccatū: quaz cū sit solenniter, ꝙ verū est quo ad ecclesiā: licet forte nō semper quo ad deū: qui nullā differentiā vult esse inter iuramentum ꝛ communem loquelam. vr. f. e. q. v. iuramenti. bn.

Ad primum argumentū.

Ad secūdū.

Ad tertiuz.

Exponit literam.

Augustin⁹.

Diuisio.

S. Thom.

Non est. Ad idem est boc. c. quod est beati Jsidori. Summa est in rubro. Litera patet.

Si peccatum. Ad idem est boc. c. qđ est beati Augn. libro de verbis apostoli ad Jacobi. Summa est in rubro. Et diuiditur in tres partes. in prima probat efficacissimo argumento: qđ iurare non est peccatum, qz in lege videtur hoc preceptum. in secunda ostendit: ꝙ necessitate tamen ꝛ non leui causa iurandum est. in tertia videtur respondere ad illud ad Matthei. v. qđ videtur esse contra. videlicet ꝙ amplius est a malo est. scđa ibi: item, tertia ibi. Et ideo q̄. Lege. ¶ [Si peccatū in lege] leui. xix. non periurabis [iramenta tua] deutero. v. c. xxii. [precipit] est fortissimū argumētū quia deus non precipit peccatuz: cū non sit actor peccati: vt dicit augusti. libro primo de libero ar. Et io. j. dicit sine ipso facrū est nibil. i. peccatū. Sm aug. sed deus precipit iramentum sibi reddi. i. per ipsum iurare: ꝛ nō per aliud: nec iurando nominez creaturas. [item] scđa pars [nō iuro]. i. nō appeto iurare. tale est illud non mutat sedem: qui non mutat montem. vii. q. j. scias. bug. [cōpulsus] scilicet iuro: ꝛ exponit qua necessitate cum ait [cum video ꝛc.] bug. [coram deo] iramētum est. Si ergo quis dicat. iuro coram deo: vel promitto coram deo: ita iurat ac si diceret per deum. Augu. [Et ideo] tertia pars. supple facio, quod plus est ꝛc. scilicet iuro. ꝛc. [Ex hoc ꝙ amplius est a malo est. Nam iurantis sed ꝛc.]

Ex premissis. §. est: in quo gratianus epilogādo concludit quomodo iuramentum non est peccatum patet litera.

Ipsum autem iurare ꝛc. Hic incipit tertia pars questionis. in qua querit vtrū sit peccatū ab aliquo reciere iuramētū. Et respondet ꝙ nō ꝙ probat per. c. sequens.

Ad tertiū.

Exponit literam.

1 ☞ Juramentum exigere ab aliquo an sit licitum.
2 Juramentum ꝙ sit duplex publicum: ꝛ priuatum, ꝛ quid dicatur publicum, quid priuatum.

Quamuis. Hoc capitulū est beati augn. scribentis ad publicolā. Summa est in rubro. breue est. ¶ Pro pleniori intelligentia huius capituli. Querit ꝛ vtrū sit licitū exigere iuramentū ab aliquo. Et videt ꝙ nō primo sic. super illud Matthei. vj. ꝙ amplius est a malo est dicit gl. Nō tuo ſz illius: qui coegerit iurare. ergo malū est ab aliquo iramētū exigere. ¶ Scđo sic. ille qui exigit iuramentū ab aliquo: aut scit est verū iurare: aut falsū. Si scit, cū iuraturū verū pro nibilo ei iuramentū iniungit siue exigit. Et sic videt peccare. Si aūt credit eū falsū iraturū quantū est de se, inducit eū ad peccandū. ergo videt ꝙ nullo modo debeat quis ab alio exigere iuramentū. ¶ Tertio sic. Qui cōsentit peccāti mortaliter peccat. ad ro. j. sed iudex exigens iramētuz ab eo quem credit falsum iraturū consentit vt periuret. ergo ꝛc. ¶ In oppositū est capitulū presens, ꝙ est beati aug. rūdeo dicendum. iuxta sanctū thomā. ꝛ oīm alexandrū, ꝙ sicut iurare nō semper est malū: sed quādoq; est licitū: qū pro necessitate aliqua ꝛ cū cautela iurāt ita etiā iuramētū recipere vel exigere ex causa necessaria: ꝛ alīs debitis circunstantijs obseruatis pōt esse sine peccato. Pro quo notādū ꝙ sicut distinguitur iustitia publica. ꝛ priuata. ita duplex est iuramentū scilicet publicū: ꝙ respicit publicā iustitiā. ꝛ priuatū qđ respicit priuatā iustitiā, de iramēto priuato loquēdo ꝙ est cū quis exigit iuramentū, pro se ipso propria sponte: tāquā persona priuata tūc est distinguendū vtaug. dicit in sermone de periurijs qz si nescit illū iuraturuz falsum. Et ideo dicit iura mihi vt fides ei sit. tūc est cōclusio, ꝙ exigere iuramentū nō est peccatū. Est tū humana tentatio. qz scilicet procedit ex quadaz infirmitate qua dubitat homo aliū verū esse dicturū. Si aūt iramentū recipiens sciat illū iraturū esse falsū: ꝛ cogit eū iurare tūc est cōclusio. Exigere a tali iuramentū est peccatū mortale vnde dicit Augu. ꝙ talis est homicida vnde ait ille de suo periurio. fe interimit sed iste manū interficētis impesf sit. Si aūt sit iuramentū publicū id est ratione publice iustitie ꝙ aliquis tanquā publica persona exigit: est cōclusio, qđ exigere sit iramentū. Sm ꝙ ordo iuris exigit ad petitionem alterius nō est peccatū: sine ipse illū iuraturū falsum sine verum qz nō videt ille exigere. sed ille ad cuius instantiā exigit. dicit tū magister Alexander de balis in tertio ꝙ si iudex scit illū iuraturū falsum debet eū repellere secūduz suum posse. Si tamen cogat ordine iudiciario. ita ꝙ si nō reciperet omitteret de bis que pertinent ad ordinē iudiciariū dico ꝙ tenet recipere: ꝛ sine peccato recipit. hec ille. Concordat dominus Bonauentura in tertio dicens ꝙ si est publica persona quātum est ex ordine iuris potest ꝛ debet exigere. Si priuata est tripliciter potest exigere: aut ad veritatis confirmationē vidēlicet vt firmior: ꝛ stabilior sit ipsa promissio. ꝛ veritatis assertio. tunc potest sine peccato exigere: aut exigit ad veritatis submersionem vt quando compulsit aliquem iurare quez scit iraturū falsum: ꝛ hoc nō pōt sine peccato mortali. Aut exigit propter dubitationis sue remotionē. qz suspicat ne homo sine iramēto dicat falsum tūc si suspitio illa sistat in generali tūc talis tenet potius rationē pene ꝙ culpe. Si vero descendat ad speciale sic est peccatū veniale cū de proximo suo malā habet suspitionē. hecille. ¶ His babitis dicēdū est ad rationes in oppositū. Ad primā respondet negādo cōsequentiā. Et ad pbationē respondet ꝙ illud malū de quo dicitur ad Matthei. v. nō est malū culpe: ſz malū pene: ꝙ est ignorantia illius qui iramētū recipit. ¶ Ad scđam respondetur negādo ꝛ sequētiā duplici ratione. primo qz obiectio pcedit nō vniuersaliter de omni exigente iramētū ab alio: sed de eo qui vt priuata pro se exigit iramentū. ¶ Preterea ratio nō procedit quia non semper recipiens iramentuz scit eum iurare verum vel falsum, sed quandoq; dubitat de facto: ꝛ credit eum verum iurarurum: ꝛ tunc ad maiorem certitudinem exigit iuramentum ꝛ sic non est peccatum. ¶ Ad tertiam respondetur negando consequentiam. Et ratio est quia vt dictuz est in illo casu iudex exigens iuramentū ad partis petitionem ꝛ secūdum quod ordo iuris exigit non consentit peccanti etiā si probabilem credat ipsum periraturum: qz bec exactio nō est iudicis sed partis ad cuius instantiā exigit ꝛ legis precipientis. Lege. ¶ Quamuis dictum a Jacobo in epistola sua capitulo. v. ꝛ a domino in euangelio ad Matthei v. in scripturis sanctis id est veteris ꝛ noui testamēti. Aug.

Ad tertiū.

Exponit literam.

Diuisio.

Questio.

Primuz argumentum.

Scđm arg.

Tertiuz ar.

Opponit ꝛ Rūder.

S. Thom. Alexander.

Alexander de balis.

Bonauentura.

Ad primum arg.

Ad scđm.

Sed queritur. §. est hic secūdū io. de. incipit quarta pars questiōis. in qua queritur an sit credendū fidei eius: qui per demonia siue per falsos deos iurat. Et probat quod sic ad bonum, ꝛ hoc probat per. c. sequens.

4 ☞ In iuramento facto per idolum duo consyderantur.
6 Jurare per creaturam mendaciter an sit grauius: quā verum per deum.

Mouet. Ad hoc inducit boc. c. qđ est beati augusti. ad publicolam. Summa est in rubro. Et diuiditur in tres partes. secūdū tres questiones quas mouet. prima est vtrū iurans per falsos deos: ꝛ nō obseruans in duobus peccet. Et respondet ꝙ sic. in secunda queritur an sit vtendum fide eius: qui per falsos deos iurat. Et respondet ꝙ sic dūtaxat ad bonū: ꝛ nō ad malum. in tertia queritur an peccet: qui facit aliquē iurare per falsos deos. Et rūdet ꝙ nō in casu. scđa ibi: ac per hoc. tertia ibi: alia questio est, pro pleniori intelligentia barū questionū prosequamur in forma consueta. Querunt aūt hic quatuor.

1 ¶ Primo vtrum iurans per falsos deos: ꝛ mentiens: peccet in duobus.
2 ¶ Secundum est vtrum liceat vti fide eius: qui iurat per falsos deos.
3 ¶ Tertio vtrum peccet qui exigit aliquem iurare per falsos deos.
5 ¶ Quarto vtrum sit maius peccatuz dicere falsum iurando per verum deum: quam iurando verum per falsos deos.

Primū arg.

Opponit et Respondet.

Ad argumēta.

1 **Ad primum** sic proceditur. ✝ Et videtur ꝙ iurans per falsos deos ꝛ mentiens: vel non obseruans: nō dicatur peccare bis: sicut dicitur in litera, sed solum semel, qz scilicet per falsos deos iuranit ꝛ per boc ꝙ iramentum factum per falsos deos non obligat: nec peccat non seruando illud: ꝛ sic non peccat bis, sed semel tantum, consequentia patet, assumptum probatur. Sicut iramentum est testificatio promissionis, ita ꝛ votum. Sed votū idolatrie non obligat. ergo nec iuramentum factum per idolum obligabit. consequentia patet. ꝛ minor etiam. ¶ In oppositum est litera presentis capituli. ¶ Respondeo dicendū ꝙ aug. dicit, ꝙ iuramentū factum per idolū siue falsos deos obligat. Et ideo dicitur. Et bene, ꝙ peccat iurans nō obseruando illud. Ad argumentum factum in oppositum responsum datur negando consequentiam. Et ratio est iuxta Alexan. de balis in. tertio, quia non est simile de voto ꝛ iuramento licet in vtraq; obliget veritas: tamen differenter, quia debitū veritatis seruande deo obligat in voto, debitum autem seruande de veritatis deo ꝛ proximo obligat in iramento, votum enim soli deo fit. vnde qui vouet soli deo promittit: ꝛ nō homini, ꝛ soli deo obligatur. Qui autem iurat: promittit proximo per ipsam veritatem primam: que deus est: per quam firmat suam promissionem: ꝛ cui ipsi veritati debeat reuerentiam ꝛ honorem obligatur ipsi ad reddendum id: propter ꝙ ipsam adducit in testimonium. alioqui ipsam contemneret. Sic ergo in voto non est nisi vna ratio obligandi, quia ergo nullum est debitum hominis idolo: ideo non est obligatio in voto facto idolo, quia autem in iuramento est duplex ratio obligandi, vna eo quod adducit veritatem in testimonium sue affectionis: ꝛ hoc obligat deo. Alia eo ꝙ promittit proximo cui debet veritatem seruare: ꝛ fidelitatem: dicimus, qđ in iramento facto, per idolū non est prima ratio obligandi: scilicet debitū veritatis idolo, sed solū scđa scz debitum veritatis proximo qz idolo: cū nibil sit nibil debet homo sed proximo debet seruare veritatem: nō ergo propter idolum obligatur: sed propter proximū: cui debet seruare fidem, qz se intendit obligare illi: sicut ille qui iurat per deum verum. Et hoc de hac questione.

2 **Ad secundam** sic proceditur. ✝ Et videtur ꝙ non liceat vti fide eius: qui iurat per falsos deos sic, idolum nibil est in mundo, sed fides ab idolo nulla est, sed ꝙ nibil habeat fidei: nō potest prebere confirmationē sermoni. ergo videt: ꝙ nullus debeat vti fide per idolum iurātis. ¶ Scđo sic, infidelis nō habet. sed errorem. ergo nō est licitū vti fide eius. ¶ In oppositū est litera presentis. c. vbi augustinus expresse ponit, ꝙ licite vti possumus fide iurantis per deos falsos ad bonū commune. ¶ Respondeo dicendum ꝙ vti fide iurantis verū per falsos deos nō est peccatū babito respectu ad assertionem veri: vel promissionem alicuius: qđ redundat in bonum publicum: licet non respectu ad illud: per qđ iurat siue ad formam iramenti. probatur ista conclusio sic. Licitum est cū infidelibus mercari: ꝛ treugas inire. sed fides mercationis ꝛ federis cōfirmari babet per mutuum iuramentum. ergo licitum est vti fide ad bonum: ꝛ non ad malum illius infidelis: qui per deos falsos iurat veritatem. ¶ Secundo sic, iurans per falsos deos tenetur fidem seruare, vt bic dicit Augustinus. ergo fidelis credens iuranti per falsos deos non peccat si veritatem dicit, qđ est possibile. ¶ Doc habito dicendum est ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur ꝙ licet idolum nibil sit scđm veritatem, tamē idolatria estimat aliquid esse ꝛ ex ipsa estimatione: ꝛ erroze fortius adberet idolatra ipsi veritati: quā multi christiani ex fide adherēt sicut videmus in hereticis: ꝛ ex illa forti adherentia ꝛ erronea consentia cum per idola iurant verba fua confirmant. ¶ Ad secundam respondetur in litera, ꝙ fides non capitur hic pro fide theologica: que in baptismo infunditur que fidelibus est propria sed pro promissione ꝛ veritate placitorum: atque pactū humanorum que tam fidelibus: quā infidelibus potest esse communis, hec tamen questio clarioz fiet ex responsione ad sequētem questionem.

Primuz argumentum.

Scđm arg. Opponit in contrarium. Respondet.

Ad primum argumentū.

Ad secūduz.

3 **Ad tertiam** sic proceditur. ✝ Et videtur ꝙ peccet qui recipit ab aliquo iuramentū per falsos deos. primo sic, dicit apostolus, ad ro. j. Nō solum qui talia agunt digni sunt morte: sed etiā qui consentiunt facientibus. Ex quo verbo colligitur, ꝙ qui cōsentit peccanti mortaliter peccat. Cum ergo recipiens iuramentum ab idolatris cōsentiat in illo iramēto: in quo idolatra peccat mortaliter. ergo ꝛ ipse peccat mortaliter. ¶ Scđo sic, dicit augustinus, ꝙ qui petit iuramentum ab eo: quem scit iuraturum falsum: animam illius occidit. Cū ergo homo sciat idolatrā male ꝛ damnabiliter iurare: qui ab eo iuramentum petit eadem ratione animam eius occidit sed boc non licet. ergo nec ab idolatra iuramentum recipere. ¶ Tertio sic, magis debet homo diligere animam proximi: quā aliquam vtilitatez temporalem. Cum ergo idolatra iuret contra salutez anime sue: videt ꝙ ordinē charitatis peruertat: qui eius iramentū recipit pro aliquo cōmodo temporali sed nō licet ordinē charitatis peruertere ergo non licet ab idolatris iurātibus per idola iramenta recipere. ¶ In oppositū est litera presens. ¶ Respondeo dicendum fub ista conclusione, ꝙ in aliquo casu licitum est recipere iramentum ab idolatris siue a iurātibus per falsos deos, patet cōclusio ex dicto augustini in presenti capitulo quā ipse duobus exemplis sacre scripture probat. primum est gene. xxxj. vbi Jacob accepit iramentum a laban: qui tamen iurauit ei per falsos deos. scđm habetur. ij. machabeoꝝ. viij. vbi legitur iudas petijt iramentū a romanis: quia petijt ab eis fedus ꝛ tamē sciebat: quod iurarent per deos falsos: qui tamen iacob ꝛ iudas non reprehenduntur de boc in scriptura sancta. ergo licet eos in hoc imitari.

Tertiuz ar.

Opponit et Rūdet.

Bonauētu.

4 ¶ Pro intellectu. pleniori notandum in ꝛa dominum bonaventuram. in tertio sententiarum ꝙ quod in iramento facto per idolum est duo cōsyderare: videlicet ipsius idoli veneratione m: ꝛ exteriozis verbi cōfirmationē, habendo respectum ad primum nulli licet iuramentum ab idolatra recipere: nec exigere, nec facere, quia idoli veneratio est omnimode detestanda. Si vero habeatur respectus ad scđm sic licitū est ab eis recipere iramētū: maxime pro vtilitate cōi: sicut recepit iacob ꝓ bono fue posteritatis: ꝛ iudas pro pace gentis fue: ꝛ sicut christiani recipiūt a saracenis ꝓ pace: ꝛ vtilitatis cōmunitatis. vñ quāuis sit illicitum iurare per idolū: qz forma illa prohibita est: tamen vbi necessitas: vel cōis vtilitas boc requirit licitum est recipere iuramentum tale. dicit tamen sanctus Tho. in. ij. ij. q. xcviij. ar. iiij. ꝙ licet vti ꝓpter bonum sicut ꝛ deus vtitur nō tamē licet aliquez ad malū inducere. vñ licet eius qui paratus est per falsos deos iurare iramentum recipere: non tamen licet eum inducere ad boc qđ per falsos deos iuret. ¶ Ad rationes in oppositum dicendū

S. Thom.

Ad primuz arg.

est. Ad primam respondeť iuxta sanctum tbo. ꝛ dominū bonauenturā. ꝙ in iuramento duo sunt vt dicruz est: ipsa veneratio idoli: ꝛ in hoc est peccatum idolatrie, ꝛ quantuz ad hoc qui recepit iuramentum non consentit iuranti: imo detestatur. scōm est veritatis cōfirmatio: vt firmum sit verbum: ꝛ solidum pactum: ꝛ quantum ad hoc non est ibi peccatuz: ꝛ quātum ad hoc cōsentire illi potest sine peccato. ¶ Ad secundā respondetur negādo cōsequentiaz. Et ratio est: quia vt dicit dominus bonauentura nō est simile, quia qñ exigitur iuramentum ab eo: quem sciet iuraturum falsum est in veritatis subuersionem: ꝛ per consequens nō pōt fieri bona intentione, sed iuramentū ab idolatra factum per idola facit ad veritatis confirmationem, qz frequenter idolatre: ꝛ infideles ita bene reputant se obligatores per iuramēta sua illicita sicut cbristiani per licita ꝛ cōcessa. ¶ Ad tertiā respondetur iuxta magistrum alexandrum de balis ꝛ dominum bonauenturaz ꝙ assumptū est verū de vtilitate priuata sed non oportet intelligi de vtilitate cōi vt pro pace cōi ꝛ bnōi. nec facit cōtra ordinē charitatis qz bonū publicū preponēdū est bono priuato, respōdeť etiā scōm ꝙ receptio illius iuramenti nō facit per se salutis detrimentū illi idolatre qui iurat, quoniā ipse alias corde venerat idolū. vñ nihil bic agitur cōtra veritatē.

Alexander de balis.

Primuz argumentum.

Ad quartam questionem qua queriť ✝ vtrum maius malum sit per deos falsos iurare veraciter quā per deuz fallaciter siue falsuz sic pro cedit. Et videť ꝙ maius malum sit iurare verum per falsos deos: quā falsum per verum deum: sic peccatum idolatrie est maius: quā periurū, sed qui iurat per falsos deos siue verum siue falsum qs iurat committit idolatriam, quia idolum veneratur per ipsum iurando. ergo qui iurat verum per falsos deos magis peccat: quā qui iurat falsuz per deū verū. ¶ In oppositum est text. Augusti. in presenti. c. ¶ Respondeo dicendum iuxta Alexandrum ꝛ Bonauenturam quod in iuramento illo quo quis iurat per falsos deos duo sunt videlicet illud quod asseritur, ꝛ illud per quod asseritur, respiciendo igitur ad illud quod iuratur siue asseritur sic est conclusio, ꝙ minus malum est iurare verum per falsos deos, quam falsum per deum verum. Et sic loquitur augustinus, quia ex illa parte asseritur verum: ꝛ ex alia parte falsum. Respiciendo autem ad illud per quod iuratur sic est conclusio, qō maius malum est iurare verū per falsos deos: quā falsus per verum deuz. Et ita procedit ratio facta in principio. Lege ter. ¶ [A]Douet verum eius fide vtendum sit]. i. an sit ei credendum ꝛ eius iuramentum recipiendum. bug. antequā respōdeat ad banc questionem introducit aliam: quam primaz disputauimus [bis]. i. in duobus, quia ꝛ deum offendit sic iurando: ꝛ proximum decipit nō obseruando. bug. [illud autē nemo ꝛc.] quia fidem seruauit, quia fides quocunqz mō promittatur seruanda est. vt. ff. de iureiuran. l. non erit. ꝑ. diuus. Et ista questione sic declarata descendit ad priorem dicens. [ac per hoc qui vtitur fide illius ꝛc.] scōa pars [non peccato illius se associat] qō est: cū iurat per falsos deos: sed associat illi in ea parte: in qua nō peccat: scilicet in assertiōe veri. Et hoc est qō dicit [bono pacto] quo fidē seruauit [neqz] hic rūdet tacite questioni: scilicet cū infideles ꝛ pagani fidē nō babeant, questio dicit eos fidē posse seruare. rūdet ꝙ nō loquiť de fide que in solis fidelibus est: sed de fide: que dicit promissio: sine pactum: aut constantia pactorum humanorum. [verus sine illa] descendit ad quartam questionē: ꝛ ꝙ intelligat hoc esse verum ex parte eiusdem: cui iuratur: sicut dictum est in questione: nō ex parte eius per qō iuratur est cōclusio, quia maius peccatum est iurare verū per falsos deos: quā falsum per verum deum. Et ad hoc referatur verbum augustini. cuz ait. [Quāto enim per quod iuratur magis sanctum est ꝛc.] bic tamen magis vt dicit glo. nō ponitur cōparatiue: sed ab negatiue, quoniam falsi dñi non sunt sancti [magis penale] maiori pena dignum. bug. Quanto enim vna res sanctior ꝛ melior ꝛ maior est: quā alia, tanto maius est peccatū offendere istam: quā illam in eodē genere offense. vt. xvj. q. iiij. sicut qui. bug. [alia questio est tertia pars [cui questiōi]. i. cuius questiōis solutiōi: scilicet ꝙ nō peccet. bug. [testimoniū] Nō enim vř verosimile: ꝙ viri sancti scilicet iacob ꝛ isaac ab illis iuramentū per suos deos recepissent: vel illos iurare fecissent: si in hoc peccarent: imo hoc ipso qō ab eis factum est presumitur esse licitum: vt. vij. q. j. omnes. ꝛ. xly. dist. qui syncera. bu. [labam] de hoc gen. xxj. [abimelech] sicut labā per deum forocb. gen. xxxiij. [sicut etiā] item inducit adhuc hoc exemplum ad ostendendum, ꝙ christianus nō peccet: si paganos facit sibi iurare per deos suos [in libro machabeorū]. i. machabeorum. viij. [per creaturas] sicut diximus. ꝑ. circa. c.

Augustio.

clericum, iurare per creaturas: vt creaturis deferatur reuerētia diuina credendo in ea aliquid numinis esse: nō est licitum quia sic sapit idolatrie scelus, ꝛ sic, pbibetur iurare p creaturas. ad matthei. v. ꝛ iacobi. v. sed iurare per creaturas inquātū in eis relucet vestigium prime veritatis ꝛ per quas intendit in eis: vt in effectibus dei veritas ꝛ diuina reuerētia sit nō est malum, imo bonū per creaturas iurare: ꝛ sic leguntur sancti viri iurasse: vt iacob per salutē patris sui: gen. xxxj. vt ioseph p salutē pharaonis: ranquā per illū: in quo rōne regie dignitatis diuin⁹ honoz: vt in dei imagine representatur. vñ puer. viij. dicitur, per me reges regnant. [vñ apostolus] scilicet ad ro. viij. christus boc dicit pilato. io. xix. [deus autem. ꝛc.] ponitur duplex rō: quare dominus ꝙ bibuit iurare per creaturas, vna est ne in eis crederetur numen diuinitatis esse, eisqz diuina reuerentia exbiberetur: ꝛ sic idolatrie crimen incurreretur. Alia rō est: ne creaturas cōtemptibiles iudicando iurans per eas parupenderet periurium: ꝛ transgressionē iuramenti. [Sed queriť quid grauius sit]. ¶ Hic surgit quinta 6 questio ✝ Utrum grauius sit mendaciter iurare per creaturā quā per deum verū. Et arguiť primo, ꝙ sic sicut arguiť in litera iurando falsum per creaturas est duplex peccatum. primum: qz iurat per creaturā cōtra prohibitionem. scōm est qz iurat falsum, iurādo aūt falsum per deum est vnum peccatū tantum. ergo grauius peccat iurans falsum per creaturā: ꝙ per deum verum. ¶ Scōo sic, ille qui iurat per creaturā non iurat per creaturā solam: sed etiā per eius actorē scilicet deū sed maioz contemptus est cōtemnere creatorem: ꝛ creaturaz simul: quā cōtemnere creatorē solum. Cū ergo omnis periurans cōtemnat illū: per quē iurat: maius est periurū: cū quis falsum iurat per creaturā: quā iurās per creatorē. ¶ Tertio sic. Quāto solēnius est iuramentū: tanto trālgrediens est infamior: ꝛ tanto obligatio maior. sed ad maiorē solennitatem additur iuramētū per creaturas: scilicet per reliquias ꝛ euāgelia. ergo ꝛc. ¶ In oppositū arguiť sic argumento Augustini in litera. Quanto sanctius est per ꝙ iuraturtanto periurium est magis penale, sed magis imo in infinitum est sanctior deus: quā creatura: ergo grauius periurium cum quis falsum iurat per deum: quā per creaturas. ¶ Respondeo dicendum, ꝙ simpliciter grauius est iurare falsum per deum: quā per creaturas. ista cōclusio est augusti. in litera: ꝛ chrysostomi rationem iam victa, qz quāto sanctius est per ꝙ iuratur tanto iuramentum est magis obligatorium, ꝛ hoc dicimus ceteris paribus, vbi solennitas obseruatur. ¶ Ad ratiōes in oppositum respondetur, ad primam: ꝙ non est verū assumptum de quolibet iurante per creaturas: sed de illo: qui in illo iuramento creaturam intendit venerari tanquā habentē aliquid diuinum in se: ꝛ qui etiam cum hoc proximum dolo capit. ¶ Ad scōam respondeť negando cōsequētiam. Est rō est ꝑm dominū bonauenturā, ꝙ creatura cōparatione creatoris nibil est, vñ quasi nibil addit super diuinā excellentiaz, ꝛ per hoc nec cōtemptus eius super contēptum dei preterea nō a deo cōtēnitur deus in creatura sicut cōtemniť in seipso. ¶ Ad tertiā respondeť negādo cōsequentiā. Et ratio est: qz licet iuramentū per deum: ꝛ per crucem: ꝛ reliquias sanctorum: ꝛ euangelia maius sit: quā iurare per solū deuz. Quāto enim plus crescunt solēnitates: tanto maius est iuramentū, vñ dicit Ray. quicunqz iurat per deum ꝛ euangelia: magis obligať, ꝛ adhuc magis q istis cōiungit sanctorū reliquias. Et ita crescentibus solennitatibus crescit obligatio. Nō tñ propter boc sequiť: ꝙ maius sit iuramētū ꝙ creatura in se: ꝙ per creatorē imo eōuerso. Mo. sanctū tbo. ꝑ. in. c. si aliqua cā.

Questio. Primum argumentum.

Scōm arg.

Tertiuz ar.

Opponit in contrarium.

Rūdet.

Ad primum argumentū.

Ad secūdū. Bonauentura.

Ad tertiuz.

Raymund⁹.

Periurū ꝑ. est: in quo incipit quinta pars questionis secundum io. de. in qua ostendit que pena sine penitētia iniungenda sit periuro. Et dicit gratianus: quod grauissima pena debeat puniri quam si quis timens propter boc ad confessionem noluerit venire: debebit excommunicari.

1 ¶ Periurium an sit grauius peccatum quā bomicidiuz,
2 Periurij pena consensit.

Diuisio.

Predicandum. Ad boc inducit magister boc. c. qō est cuttiani pape. Summa est in rubro. Et diuiditur in tres partes. in prima precipit abstinere a periurio assignando causam buius. in secunda narrat excessum quozundam parupendentium periurū. in tertia punit tales sentētia excommunicationis. secunda ibi: audiuimus. tertia ibi. Si quis vero. Lege. ¶ Predicandum fideles caueant [cauēdū enim est piurū summopere: cū graue peccatū sit: ꝛ

Exponit literam.

sit, ꝛ graui pena merito puniendum: vtpote in quo deus contemnitur irreuerēter, qui est super omnia honorādus. Deut. vj. dominum deum tuum adorabis, et illi soli seruies: sc⁹ seruitute ꝛ cultu latrie: vt inducit saluator. Matth. iiij. [ꝛ prohibitū.] Alia ratio. [in lege.] Deut. xxx. Si quis se constrinxerit iuramēto non faciet irritum verbum suum. Sed omne quod promisit implebit. ꝛ Leuiti. xix. Non periurabis in nomine meo. Et Deut. v. Nō vsurpabis nomen dei tui frustra ꝛc. [in prophetis] ꝑ. xxiij. Non iurabis dolo proximo tuo. ꝛ Ezech. xvj. Et faciam tibi sicut despexisti iuramentū vt irritum faceres pactum. [Et in euangelio.] Matt. v. Non periurabis, reddes domino deo vota tua. [Audiuimus] secūda pars. [quosdam] scilicet presbyteros. bu. [talem] quo ad numerum annozum boc intellige: non quo ad asperitatē penitētie, Nam regulariter pro quolibet peccato mortali septēnis est penitentia: nisi dignitas delinquentis aut enormitas criminis aliud persuadeat. xxxiij. q. ij. boc ipsum. ꝛ. xxxij. dist. presbyter. bug. ꝛ glo. non quo ad asperitatem penitētie dico quod magis aspera ponenda est pro bomicidio. ¶ Ratione Questio. 1 huius. Queritur, ✝ vtrum periurij sit grauius peccatū quā bomicidium. Et arguitur quod ex presenti glo. que dicit, ꝙ Primū arg. durior: penitentia imponitur pro bomicidio: quam pro periurio, arguitur sic: pena proportionatur culpe, sed grauius punitur bomicidium ꝙ periurium: vt bic glo. ꝛ bug. dicunt: ergo grauius peccat iurans falsum per creaturā: ꝙ Scōm arg. per deum verum. ¶ Scōo sic, ille qui iurat per creaturā non iurat per creaturā solam: sed etiā per eius actorē scilicet deū sed maioz contemptus est cōtemnere creatorem: ꝛ creaturaz simul: quā cōtemnere creatorē solum. Cū ergo omnis periurans cōtemnat illū: per quē iurat: maius est periurū: cū quis falsum iurat per creaturā: quā iurās per creatorē. ¶ Tertio sic: Quāto solēnius est iuramentū: tanto trālgrediens est infamior: ꝛ tanto obligatio maior. sed ad maiorē solennitatem additur iuramētū per creaturas: scilicet per reliquias ꝛ euāgelia. ergo ꝛc. ¶ In oppositū arguiť sic argumento Augustini in litera. Quanto sanctius est per ꝙ iuratur: tanto periurium est magis penale, sed magis imo in infinitum est sanctior deus: quā creatura: ergo grauius periurium cum quis falsum iurat per deum: quā per creaturas. ¶ Respondeo dicendum, ꝙ simpliciter grauius est iurare falsum per deum: quā per creaturas: ista cōclusio est augusti. in litera: ꝛ chrysostomi rationem iam victa, qz quāto sanctius est per ꝙ iuratur tanto iuramentum est magis obligatorium, ꝛ hoc dicimus ceteris paribus, vbi solennitas obseruatur. ¶ Ad ratiōes in oppositum respondetur, ad primam: ꝙ non est verū assumptum de quolibet iurante per creaturas: sed de illo: qui in illo iuramento creaturam intendit venerari tanquā habentē aliquid diuinum in se: ꝛ qui etiam cum hoc proximum dolo

Ad primum argum.

Ad secūdū.

Raymundus Hostiensis.

Diuisio.

Questio.

Primū arg.

Scōm arg.

Tertiū arg.

Opponit in contrarium

Rūdet.

Ad primum argum. S. Thom.

Concor. Ray. Hosti. secunda ꝙ si renuit facere penitentiam est excōmunicandus ꝛ in nullius domo est recipiēdus: vt bic. tertia ꝙ periurij sunt infames. vj. q. j. infames. ꝛ. c. quicunqz. ꝛ j. e. q. v. si quis connictus. iiij. ꝙ amplius ad restationem non debet admitti. vt in dicto. c. quicunqz: non obstante ꝙ egerit penitētiā. extra de testi. testimonium. ꝑ. j. Ex quo enim semel probatum est cōtra ipsum periurium in modū exemptionis repellitur in alio iudicio. ꝛ boc est speciale in periurio: quia nimis frequentatur boc crimen. Et quia ipsum iuramētum est de substantia testimonij. extra de testi. sicut nobis.

¶ Questio. ij.

1 ¶ Periurium an dicatur falsum iurare.
2 Periurium dicitur quatuor modis.

Quod nobis ꝑ. est. Hic proponitur scōa questio, qua queritur. vtrum iurans falsum, credens iurare verum sit periurus. Et diuiditur bec questio in. v. partes: ꝑm Joan. de. in quarū prima probat per. v. capitula ꝙ non est periurus. Et procedit boc ordine. primo pbobat quod est periurus: postea ꝙ non, ꝛ ponit solutionem. ¶ Pro pleniori notitia buius partis. Queritur, ✝ vtrum sit verum ꝙ Gratianus bic dicit ꝙ periurij sit falsum iurare. Et videtur ꝙ non. primo sic. Quemadmodū dicetur in. c. animadvertēd. ꝛ. ex autozitate Hieronymi iuramentū quod tres comites non habet: scilicet veritatem, iudicium, ꝛ iustitiam, est periurium sed defectus iustitie ꝛ iudicij non facit mendacium, sed defectus veritatis. ergo non omne periurū habet falsitatem sine mendacio adiunctū. ¶ Secundo sic: periurū nihil aliud est: quā peruersum iuramētum, sed iuramentū peruertitur non tantū mendacio, sed etiā per falsam formā iurandi: sicut qui iurat per idola. ergo periurij pōt esse sine falsitate, siue mendacio. ¶ Tertio sic: falsum iurans quod credit esse verū periurus est: vt dicit August. ꝑ. e. c. homines, sed talis non dicit falsum nec mentitur. ergo falsitas ad periurium nō requiritur. ¶ In oppositum est tex. presentis. ꝑ. ij. est diffinitio: quā magister sententiarū dat de periurio in tertia dist. xxxix. Cui concordat Ray. que est, ꝙ periurium sit mendacio iuramento firmatū. Respondeo dicendum, ꝙ falsitas est de ratione periurij. ista conclusio probatur sic: primo iuramētum est ad confirmationem veritatis, sed mendacium veritati opponitur ergo periurium quod est peruersitas iuramenti est mēdacium iuramento firmatum. ¶ Secundo sic: conclusio per sanctum Thom. declaratur actus morales ex fine speciem sortiuntur finis autē iuramenti est confirmatio dicti humani: cui quidē confirmationi falsitas opponitur: per boc enim cōfirmatur aliquod dictum, ꝙ ostenditur esse verum, quod quidem non potest cōtingere de eo quod est falsum. vnde falsitas directe enacnat finem iuramenti. Et propter boc a falsitate precipue specificatur peruersitas iuramenti que periurium dicitur. Et ideo falsitas est de ratione periurij. Est autem bic notandum, quod vt tangit bug. glo. in boc loco ✝ periurium dicitur quatuor modis: vno modo falsa iuratio ignozanter facta. secundo falsa iuratio scienter facta. i. mendaciū iuramento confirmatum. tertio modo dicitur periurium iuramentū indiscretum. quarto periurium dicitur transgressio iuramenti. primum vt dicit bug. ꝛ glo. non est peccatum. vt. j. e. q. beatus. nisi cum temere, ꝛ indiscrete iuratur. vt. j. e. homines. secundum autem semper est peccatum, ꝛ mortale. vt. j. e. q. homines. tertium semper est peccatum: licet non semper peccatū mortale: vt poteſt colligi ex prenominatis capitulis duobus. ꝛ. j. e. q. iiij. qui sacramento. quartum quandoqz est peccatum: quandoqz nullum, sicut videbitur in quarta questione. Qui ergo iurat falsum siue ignozanter: siue scienter: periurat ꝛ periurus dicitur, sed non semper peccat. Nam si ignoranter non peccat nisi temere vel indiscrete iuret. Si scienter et periurat: ꝛ peccat mortaliter. tertium dicitur periurium, id est peruersum iuramentū: nō quia semper ita sit, sed vt frequentius. quartū dicitur periurium. i. peremptio, vel perditio iuramenti: tunc enim videtur perimi iuramentū, ꝛ deleri: cum contra ipsum sit ꝛ non obseruatur. ¶ His babitis dicendum est ad rationes. Ad primam respondetur ad minorem, quod defectus iustitie ꝛ iudicij cōtinet aliquo modo falsitatem. Nam vt dicit sanctus Tbo. Quicunqz iurat illicitū ex boc ipso falsitatē incurrit: qz obligatus est ad boc, ꝙ contraria facias, ꝛ sic remanet quodāmodo obligatus ad mentiendum. Cererū idē est quando deest iudicium: qz cum indiscrete

Diuisio.

Questio.

Primū arg.

Augustio.

Ad primum argum. S. Thom.

iurat ex hoc ipso periculose committit falsitatem incurrēdi.
Ad secūdū. ¶Ad secundam respondetur negando consequentiam. Et ratio est: quia non omnis peruersitas iuramenti facit periuriū, sed illa que tollit iuramenti finem falsum iurando. ¶Ad
Ad tertium. tertiam respondetur negando minorem: pro quo notandum
S. Thom. iuxta sanctum Thomā. quod actus morales procedunt a voluntate: cuius obiectum est bonum apprehensum. Et ideo si falsum apprehendatur vt verum: erit quidem relatum ad voluntatem materialiter quidem falsum: formaliter autem verum. Si autem id quod est falsum apprehendatur vt falsum erit falsum materialiter et formaliter. Si autem id quod est verum apprehendatur vt falsum, erit verum materialiter: falsum formatur. Et ideo in quolibet istorum casuum saluatur aliqua ratio periurij propter aliquem falsitatis modum. Sed quia in vno quoq; potius est id, quod est formale: quam id quod est materiale nō est periurus qui falsum iurat, quod putat esse verum: dicit Augustinus, ibi interest quemadmodum verbum procedat ex animo: quia ream linguam non facit nisi ruens rea.

1 ¶ Jurans cōtra id quod in mente retinet, dicit periurus.

Diuisio. **Jdolo,** Inducit magister ad probandū partem questionis affirmatiuā boc. c. quod est Augustini. supra pō. xviij. Summa est in rubro. Et diuiditur in duas partes. in prima dicit, † ipse iurans contra id, quod mente retinet periurus est. in secunda assignat rationem. ij. ibi, cum periurium.
Exponit literam. Lege text. ¶ In dolo]. i. cum dolo. bug. [facturus.]iste est periurus: quia scienter iurat contrarium eius quod in mente gerit, z facturus est: vt vult decipere credentes suo iuramento, z sic iurat in dolo proximo suo [cum periurium]. ij. pars. id est [illicitum] iuramentum [nequiter]. i. dolose. bu. i. habet intentionē decipiendi credentes: per sum iuramentū. bug.

1 ¶ Juramenti tres comites an conuenienter ponantur.

2 Veritas rei quid dicatur, quid veritas conscientie.

Diuisio. **Animaduertendum,** Hoc capitulū scribit Hieronymus super Hiere. iij. c. Summa est in rubro. Et diuiditur in duas partes. in prima dicit q iuramentum debeat habere tres comites: scilicet veritatem, iustitiam, z iudicium. in secunda q si aliquod defuerit periurium erit illicita iuratio. ij. ibi, si ista. ¶ Pro pleniori intelligentia huius capituli queritur, † verum conueQuestio. nienter ponantur isti tres comites iuramenti. Et videtur q
Primū arg. non conuenienter assignētur illi tres comites. primo sic. Ea enim quorum vnum includitur in alio: non sunt connumeranda quasi diuersa, sed veritas est pars iustitie secundū tullium. iudicium autem est actus iustitie. ergo inconuenienter numerantur tres comites iuramenti.
Scōm arg. ¶ Secundo sic: plura alia requiruntur ad iuramentum, deuotio, fides: per quā credamus deum omnia scire, z mentiri non posse. Item debita forma iurandi, z debitum tempus statutum: vt scilicet ieiuni ad iuramētum accedant, z alia multa huiusmodi. ergo videtur q insufficienter ponantur comites iuramēti.
Tertiū arg. ¶ Tertio sic: in omnibus factis requiruntur ista tria: quia nihil debet fieri contra iustitiam z veritatem, z sine iudicio. ergo non magis debent poni isti comites iuramenti quam aliorū operum nostrorum. ¶ In oppositū est capitulum presens. Re-
Opponit et Respondet. spondeo dicendum sub ista conclusione quod cōuenientissime sunt assignati predicti comites iuramēti. Et ratio huius
S. Thom. Bonauent. est iuxta sanctum Tho. et dominum Bonauenturam q iuramentum non est bonum. vt supra diximus: nisi ei qui bene vtitur eo. Ad bonum autem vsum iuramenti requiruntur tria, vnum ex parte iurantis: vt scilicet non leniter, sed ex necessaria causa z discrete iuret: alias nō adhibetur debita cautela: z sic requiritur iudicium discretionis ex parte iurantis.
¶ Secundo requiritur ex parte eius, quod per iuramentum confirmatur, quod veritas per quam dictum rei adequetur: alias dictum non est conformatione dignum. ¶ Tertio requiritur etiam ex parte eius, quod iuratur, q sit licitum z ad hoc ponitur iustitia: per quam cōfirmat quod licitum est, iudicio autem caret iuramentum incautum veritate iuramentum mendax, iustitia autem iuramentum iniquum siue illici-
Ad primū. tum. ¶ His habitis dicendum est ad rationes in oppositum.
Ad primam respondetur, q ratio nō procedit: quia vt dicit sanctus Tho. iudicium hic non sumitur pro executione iustitie, sed pro iudicio discretionis. Nec veritas accipitur hic
Ad secūdū. prout est pars iustitie, sed secundum quod est quedam conditio locutionis: siue secundum q est adequatio vocis ad rem.
¶ Ad secundam respondetur q ratio nō procedit. Et ratio est secundum sanctum Tho. quia iudicio discretionis includuntur omnia, que ex parte iurantis eriguntur: scilicet deno-
Ad tertiū. tio, fides, forma, tempus, z euentus, z huiusmodi. ¶ Ad tertiam respondetur q ratio non militat: quia propter periculum quod in iuramento imminet: plusquam in alijs actibus nostris. Tum propter dei magnitudinem cuius testimonium inuocatur. Tum etiam propter labilitatem lingue humane: cuius verba iuramento confirmatur: magis requiruntur ad iuramentum huiusmodi comites: quam ad alios humanos actus. Lege. ¶ [Animaduertendum bos habet]. i. debet habere quilibet iurans in iurando. bug. [veritatem] rei et conExponit literam. scientie, vel saltem conscientie tantum: vt scilicet credat verū
2 esse quod iurat. † veritas rei est cum res sic se habet vt dicitur veritas conscientie est cum credit quis ita verum esse: vt dicitur. bu. [iudicium.] discretionis, vt discrete iuret conside-
Bugutio. rando locum: z tempus, z causam, z alias circumstantias: nō tamen precipitanter, vel temere debet quis ferriad iurandum: nec appetere illud tanquam bonum, sed necessitate vel vtilitate inductum. [iustitiam] id est quod iuratur [sit iustū] id est bonum z licitum. bug. [Si ista.] secunda pars [defuerit] collectim vel sigillatim, id est aliquod istorum. bu. z idem
Bernard. Ber. ex quo enim aliqua eriguntur ad esse alicuius: sicut ista eriguntur ad esse liciti iramenti si vnum illorum defuerit totum irritatur nec illud stare poterit. ar. distinc. xxxviij. que ipse z. lxviij. di. cozepiscopi. bug. [iuramentum.]scilicet licitum, z bonestum sed periurium: scilicet illicitū, z peruersum iuramentum. bu. vel [periurium]. i. mala iuratio.

Item qui, §. est, in quo adhuc Gratianus probat
Diuisio. episcopum predictū de quo in themate qui iurauit falsum putās verum esse: fuisse periurium sic arguendo talis iurando falsum mentitus est, sed omnis periurans est de numero perditorum. ergo &c. sed argumētatio est nulla: quoniam non est verum, q quicunq; dicit falsum mentiatur. i. contra conscientiam dicat: sicut patet in eo, qui ignoranter falsum. [Sed aliud]. §. est in quo respōdet Gratianus supra allegatis dicens, q aliud est iurare falsum sine dolo: vt
Exponit literam. quia putat esse verum &c. Clara est sententia ex dictis.

Homines, Capitulum hoc est beati Aug. in libro de verbis apostoli Jacobi sermone. xxviij. vbi ponit tres modos: quibus est falsitas in iuramento assertorio: z committitur periurium, z illos prosequitur, z hoc pro diuisione sufficiat: quia in prosequendo literam assignabitur. Lege. ¶ [Homines.] primus casus de tribus quos diximus est cum quis putat verū quod est falsum [temere iurat] id est sine iudicio z matura deliberatione iurat verum esse, z talis non dicitur fallere, sed falli. [Aut scit] secundus casus est: cum quis scit falsum esse: z tamen ex certa scientia iurat verum esse, z talis fallit, z peccat mortaliter. bug. hoc est cum scelere iurat. [que duo.] scilicet primum z secūdum. Et quia de tribus premiserat sub secundo comprehendit z tertium. bug. Et plenius istos tres modos distinguens subiungit [fac] id est pone [illum. &c. esse]
Bugutio. primum [da alium.] exemplum de secundo: quia iste modus periurandi est pessimus omniū subiungit [videtis] id est videre potestis. [exterminanda] id est digna exterminari, et separari a societate fidelium: non solum quo ad consortium, sed etiam quo ad vitam: quia exemplo suo inficit alios. [detestantur talia] id est periura [fac] id est pone alium scilicet tertium. hic dat exemplum de tertio qui est cum quis loquitur verum cum intentione tamen fallendi quia putat esse falsum [ad negotium ipsius interrogantis: quia forte interrogantis.]quia forte interroganti vtile z expediens: vt ille hoc dicat [periurus est] quamuis verum sit quod iurat: z quāmis sibi vel alij profit sic iurare: quia peruerse iurat, et quantum in se est falsum dicit, z mentitur [interest] quo ad deū [quemadmodum] id est qua intentione: scilicet bona, vel mala, non decipiendi. vel decipiendi, verbum proferatur: vnde sequitur [ream &c.] id est id quod dicitur vel fit exterius non dicitur malum presertim mortale: nisi secundum intentionem z voluntatem. vt infra. e. q. v. qui peierare.

Quia ergo, §. est, in quo magister Gratianus con
Diuisio. cludit ex precedēti. c. quod licet eps de quo in themate iurauerit falsum quod putabat verū esse: cum non fecerit hoc scienter: nec negligenter, non est reus periurij iudicandus. item respōdet obiectioni facte in §. precedenti dicens quod nō sit verum, quod omnis falsum dicēs mentiatur: quia contra mentem non loquitur. Ecce iste certis coniecturis credit epm esse in palatio: z dicit eum ibi esse cū non sit quod dicit non est verū: tamē non mentitur, id est contra mētem nō loquitur [sed nec omnis &c.] vt indeus qui dicit christū deus est: z tamen non credit verum esse id quod dicit:
Exponit literam.

dicit, sed mentitur: quia contra mentem loquitur: z ita mentitur quis verum dicens, z non mentitur: quandoq; falsum dicens. Hug.

2 ¶ Mendacium diuiditur tripliciter.

3 Intentio fallendi potest intelligi dupliciter.

4 Mentiri dicitur contra mentem ire.

5 Disputantes qui scienter multa falsa dicunt et proponunt an mentiantur.

6 **Sautem,** Ad probandum quod vltimo diverat: inducit hoc capitulum quod est beati Augustini in enchiridion.
Diuisio. in. c. xvij. Summa est in rubro. vel sic: is dicitur mentiri, qui contra mentem eius loquitur: diuiditur autem hoc cap. in tres partes. in prima ostēdit quid sit mentiri. in secunda quod nullus debet mentiri etiam si alius prosit. in tertia commemorat tres casus quos posuit supra in precedenti capitulo. secunda ibi. z vtiqz. iij. ibi. nemo. ¶ Pro pleniori intelligentia huius capituli. Queruntur duo.

1 ¶ Primum est vtrum mendaciū recte diffiniatur cum dicitur quod sit falsa vocis significatio cum intentione fallendi.

4 ¶ Secundum est vtrum omne mendacium sit peccatum.

1 **Ad primum** non. primo sic. Qui enim verum
Primū arg. loquitur quod falsum esse credit mentitur: sicut dicit Augustinus libro de mendacio, sed ibi non est falsa vocis significatio. ergo &c.
Scōm arg. ¶ Secundo sic: mendacium opponitur veritati virtus veritatis non solum in dictis, sed in factis consistit: quia secundum philosophum. iiij. ethicorum secūdum hanc
Tertiū arg. virtutem aliquis verū dicit, z in sermone, z in vita. ergo non omne mendacium est falsa vocis significatio. ¶ Tertio sic, ille qui loco mentitur, fallere nō intendit: q: scit sibi non credi, sed iocoso mendacium inter mendacia computatur. ergo intētio fallendi non pertinet ad diffinitionem mendacij.
Opponit et Respondet. ¶ In oppositū est ter. presentis litere. Respondeo hic erunt
Primus articulus. articuli duo. in primo respondebitur ad questionem. in secundo videndum erit de diuisione mendacij. ¶ Circa primum sit ista conclusio, quod conueniens diffinitio mendacij est, que dicta est: videlicet quod sit falsa vocis significatio cum intētione fallendi. id est falsum dicendi: ista conclusio est Augustini libro de mendacio. ita dicentis. Nemo dubitat mentiri eum qui falsum enuntiat causa fallendi: quapropter enūtiationem falsi cum voluntate ad fallendum prolatam manifestum est esse mendacium: pro cuius conclusionis tradītione,
S. Thom. Durandus. Pet. de pal. est notandum iuxta sanctum Tho. in secunda secunde. q. cx. ar. j. et tam durandus quam Petrus de pal. sequuntur eum. Quod ad completam rationem mendacij duo concurrunt. vnum formale: scilicet intentio falsum dicendi. vnde mentiri secundum suum nomen est contra mentem ire, quod fit cum aliquis asserit esse, quod non credit esse, vel negat esse, quod credit esse. Sed quia voces sunt signa intellectuum: z ad hoc institute sunt: vt exprimant conceptus rerum. ideo falsa vocis significatio concurrēs cum intētione falsum dicendi materialiter facit ad rationē mendacij. ideo si quis falsum enuntiet credens illud esse verum: est quidem falsum materialiter sed non formaliter: quia falsitas est preter intētionem dicentis. vnde non habet perfectam rationem mēdacij: illud enim quod propter intentionem est: per accidens si quis vero falsum dicat habens voluntatem dicendi falsum: habet falsitatem materialiter, z formaliter de quo ppio verificatur predicta descriptio mendacij: scilicet q est falsa vocis significatio &c. Si vero quis dicat verū, quod credit esse falsum: cum
Bonauent. intentione fallendi, habet per se falsitatem, z per accidens veritatem. vnde ad speciem mendacij pertingit: cum tantū habeat quod formale est in mendacio. Cōcordat dominus Bonauentura dicens in. iij. q. ad completam rationem mēdacij
Secund⁹ articulus. S. Thom. Durandus. 2 dupliciter falsitas concurritur: vna comparationē ad rem. z altera per comparationē ad intentionē loquentis: z hec tanguntur, in predicta descriptione mendacij. prima falsitas tenet in ipso mendacio rationem materialis. secunda vero rationem formalis, et ab illa secunda denominatur quis mendax. vnde ad completam rationem mendacij oportet cōcurrere vtranq; falsitatem. vnde licet falsitas secūda sufficiat ad hoc quod quis dicatur mendax: non tamē ad plenam rationem mendacij. hec ille. ¶ Circa secundum articulum de diuisione mendacij sine alio preludio argumentorum est notandum circa sanctum Tho. quem Durandus z Petrus de pa
2 lude sequuntur, † quod mendacium tripliciter potest diuidi: vno modo secundum propriam mendacij rationem, que est propria, z per se mendacij diuisio. Et sic cum mēdacium opponatur virtuti veritatis mēdacium diuiditur in mendaciū quod tamen sentit veritatem in maius, quod pertinet ad iactantiam, z in mendacium quod deficit a veritate in minus, quod pertinet ironiam: vt patet per philosophum. iiij. ethicorum. ¶ Alio modo potest diuidi inquantum habet rationem culpe: secundum ea que aggrauant, vel diminuunt culpam mendacij, z sic diuiditur in mendaciū pernicioſum, officiosum, z iocosum: hoc modo ex parte finis intenti. Si enim per mendacium intendatur alterius nocumentū sic est pernicioſum. Si autem intendatur aliquod bonū, aut delectabile: z tunc est mendacium iocosum, quod fit causa placendi. vel est vtile bonum: z sic est mendacium officiosum per quod intenditur iuramentum alterius, vel remotio nocumenti. Et hec diuisio habetur in gloſſ. super illud pſ. « Perdes omnes qui loquuntur mendacium. ¶ Tertio potest diuidi mendaciū vniuersalius z secundum hoc est diuisio octo membrorum quam ponit Augustinus in libro de mendacio: z habetur infra. e. c. primum, que diuisio continetur sub illa trimembri iam dicta: quia sub membro pernicioſo continentur tria genera mēdaciorum: finis enim damnosus aut est, vt nocetur in spiritualibus: z sic est primum genus mendacij, quod fit in doctrina fidei, aut vt noceat in temporalibus. Aut ergo ita vt alicui noceat, z nulli prosit: sic est secundum genus, vt mendacium testis in causa criminali, aut ita vt alicui noceat, z alicui prosit: vt mendacium falsi testis in causa ciuili, vt pecuniaria et sic est tertium genus. Sub mendacio vero iocoso continentur duo: quia finis illius est delectatio vana. Aut ergo delectatio propria in ipso loquente: z sic est quartum genus quod fit ex sola libidine mētiendi, aut delectatio aliena: scilicet in audiente, z sic est quintum genus mendacij quod fit intentione complacendi alteri. Sub mendacio vero officioso continentur tria: quia aut quis mentitur pro conseruatione possessionis exteriorис: z sic est sextum genus. Aut pro conseruatione vite temporalis, z sic est septimum. Aut pro cōseruatione salutis anime, z sic est octanum. ¶ His habitis dicendum est ad rationes. Ad primam respondetur negando consequentiam quia licet ille dicatur mentiri: non tamen quod dicit est mendacium: nisi materialiter et per accidens: z ita non habet completam rationem mendacij: plura enim requiruntur ad completam rationem mendacij: quantum ad hoc q quis dicatur mentiri sicut dictum est supra. ¶ Ad secundam respondetur negando consequentiā. Et ratio est, iuxta sanctū Tho. quia nomen vocis hic intelligitur omne signum: vox enim homini principaliter data, est ad significandum. vnde omne signum quod aliquid significat nomine vocis intelligitur: z eo mēdacij perfici potest: sicut patet in signis z nutibus monachorū: sicut z omnes alij sensus sortiuntur nomen visus, qui est principalior inter oēs. vnde ille qui aliquod falsum nutibus significare intenderet: non esset a mendacio immunis. ¶ Ad tertiā respondetur negando assumptum: pro quo nota iuxta sanctum Tho. in tertio,
3 † quod intentio fallendi potest intelligi dupliciter: vno modo respectu fallacie: prout est in ipso fallēre tantū. Alio modo prout est in fallente, et in eo qui fallitur. Quicunq; enim falsum loquitur quantū est in se fallit: quamuis non semper aliquis per eius verbū fallatur. Quicūq; ergo sciens falsum loquitur fallaciam intendit, sed que est in fallente. vnde ista intentio fallendi est communis omni mendacio, vel dicendū breuius, q iocose mentiens dicitur fallere. i. falsum dicere.

4 **Ad secundam** questionē sic proceditur, † Et
Primū arg. videtur q non omne mēdaciū sit peccatū. primo sic: dicit August. libro de mendacio. Tota culpa mētientis est in animo fallendi: sine ei credatur, sine non, sed iocose mentiēs non intēdit fallere: ergo non peccat.
Scōm arg. ¶ Secūdo sic: nullū peccatum remuneratur sed obstetrices egypti remunerate sunt a deo pro mendacio, quod vixerant
Tertiū arg. pharaoni. Exo. i. ergo &c. ¶ Tertio sic. « Manifestū est q euāgeliste scribendo euangeliū non peccauerūt: videntur tamen aliquod falsum dixisse: q: verba christi z aliorū frequēter aliter retulit vnus z alter alius. vnde videtur q alter eorū falsum dixit. ¶ Quarto sic: in scripturis sanctis proponuntur
Quartū ar. multe locutiones que sm mentionē litere false sunt: sicut patet de eo q dicitur iudicū. ix. q ligna sylue iuerunt ad ruinā: vt vngerēt sibi regē &c. ergo cū per inspirationem spūssancti
Opponit et Respondet. colloquti sunt sancti dei boies. j. Petri. j. nō fiat aliquod peccatū: videtur q nō oē mendaciū sit peccatū. ¶ In oppositū est Aug. in presenti. c. Rūdeo dicendū, quod omne mēdaciū est, peccū. ista cōclusio. j. est beati Aug. qui in lib. de mendacio dicit. Quisquis aliquod genꝰ mēdacij q peccū non fit esse putauerit seipm turpiter decipit. ergo conclusio vera. ¶ Scōo
Ad tertium. S. Thom. fic: nihil opponitur virtuti: nisi peccū, sed omne mendacium

Archid.

Psal. v. b.

August.

Ad primum argum.

Ad secūdū. S. Thom.

opponitur virtuti que est veritas. vt dicitur .iiij. ethicorum. ergo omne mendaciū est peccatū. ¶Tertio sic: omnis actus voluntarius cadens super indebitam materiam est ex genere suo malus: patet, sed omne mendacium est huiusmodi. patet: quia cum voces sint signa rerum: pout intellecte sunt: vt dicitur .j. periher. et in presenti capitulo dicit Augustinus in naturale et indebitum est, ꝙ aliquis voce significet, quod non habet in mēte. vnde philosophus .iiij. ethicorum dicit. quod mendacium est per se prauum, & fugiendum. Verum autem & bonum & laudabile. vnde omne mendacium est peccatum.

¶ Respondeo dicendum, ꝙ vt tangit sanctus tho. in tertio. Circa mendacium obstetricum diuersa est opinio. Quidam enim dicunt ꝙ mendacium obstetricum fuit ad obseruandum vitam puerozum: ꝛ sic fuit officiosum ꝛ veniale peccatum. fuit etiam ad conseruandam ꝓpriam vitã: ꝛ sic fuit libidinosum: ꝛ mortale peccatuz. Sed vt dicit sanctus thomꝰ. hoc videtur irrationabile: quia non minus debet homo suam vitam tueri: ꝙ alterꝰ. Et ideo alij dicunt: ꝙ in actibus obstetricũ tria est considerare. Primo ipsam pietatem: qua pueris parcere voluerũt: in quo ad hoc vel meruerunt: vel ad meritum disponebantur. Et ꝑz hoc intelligendum est verbuz hieronymi: ꝙ edificauit eis de domos spirituales non per affectionem gratie. inquit dominus bonauentura: sed quia quodammodo ad gratiam ꝓparate fuerant per timorem ꝛ pietatem fuit etiam ibi mendacium quod siue pro deliberatione puerozum siue pro liberatione propꝛie vite: quod videtur subtiliter discutienti ſm grozinm. dictum fuerit peccatum veniale fuit. ꝛ sic habent laudem ſm Augustinum libro de mẽdacio nõ perfecte iustitie: sed proficiens ad iustitiam. fuit etiam ibi omissio cõfessionis diuine veritatis ꝛ iustitie. Si tamen cozaz pharaone tũc cõfiteri tenebantur: ꝛ ꝙtum ad hoc potuit esse peccatum mortale. ꝛ secundũ hoc potest intelligi: qđ merces eterna eis in tẽporalem commutata est. vel si ex hoc mortaliter non peccauerunt dicitur merces eterna in temporalem mutata. quia earũ benignitas gratia non informata remunerationem temporalem habuit. que gratie adiuncta habuisset eternam.

Bonauentura.

¶ Et ita patet responsio ad argumẽtum. quoniam verba gregorij intelligenda sunt vt dictum est. Et non ita quod per illud mendacium mererentur amittere remunerationem eternam: quã ex precedẽti affectu meruerunt sicut ratio procedebat. Lege tertiũ.

Augustinꝰ.

Ad argu.

¶ [Si quelibet] Legitur in Exodi primo. Qđ cũ pharao vellet interficere masculos in israel: precepit obstetricibꝰ hebreozum, vt masculos hebreozum obstetricando interficerent, ꝛ abo sum factum esse mentirentur feminas autem reseruarent. Timuerunt autem deum ꝛ reseruauerunt mares, que cum a rege redarguerentur, mentite sunt dicẽtes. hebree scientiam obstetricandi habẽt, ꝛ priusq̃ veniamus ad eas pariunt. Et de isto mẽdacio est questio de qua in litera. Aliqui dicebant illud non esse peccatum. Alij vero tãtum esse venialẽ. Alij vero mortale. Nos vero iam dixim⁹ quid pro veritate tenẽdum est, videlicet qđ fuerit peccatum veniale. ꝛ in casu ponit esse mortale. [purgari.] saltem quo ad penam, ꝛ satisfactionem temporalez. bugu. [hoc.] scilicet culpa obstetricũ.

Exponit literam.

[abstergitur].i. potuit vel debuit abstergi.[qua bonitatis].i. que ex pietate commissa: quia vt saluarēt pueros a morte[nō nulli].secunda pars.[hoc mendaciū genus]quod fit pro prestando beneficium alteri: siue pro commodo: vel salute alteri? [non esse peccatum scriptū est]in exodo.vbi.s.[edificauit eis domos]id est locupletauit eas bonis temporalibus.non tamen pro mendacio: quia pro peccato nihil debetur.sed quia timuerunt deum ⁊ pueros seruauerunt[qua recompensatione.scilicet tēporali:[magis cognoscitur. benignitatis] id est benigni: ⁊ pij operis.[merces potuit ⁊c.]si mendacium non esset ⁊ ex charitate hoc fecissent. hugutio.[pmissa culpa.]mē daciū[in terrenam]id est temporalem: ⁊ hoc fecit culpa mendaciū[declinata].i. mutata. bene dicit declinata. quia de eterna mercede in temporalē magis est declinatio: ⁊ defensus.

¶ ☞Abraham an fuerit mentitus dicendo pueris suis. sedete hic cum asino ⁊c.

Abraham. Ad idem est hoc capitulum eiusdem exemplo veterum patrum antiqui testamenti. Et videtur nobis ꝙ continuat solutionem argumentorum eorum: qui dicebant mendacia officiosa ⁊ huiusmodi non esse peccata. Et primo arguebat de ioseph: ⁊ solutum est supra in.c. quoniam. Secundo arguebant de obstetricibus: ⁊ solutum est in proximo precedenti capitulo. Nunc subiungit argumētum de abraham: qui mentitus videtur fuisse pueris suis: cum eis aliud diceret: ⁊ aliud facere deliberaret dicens. sedete hic cum asino. Ego ⁊ puer illuc. ⁊c. ¶ Pro pleniori intelligentia huius queritur † vtruz abraham mentitus fuerit dicēdo pueris suis. sedete hic cum asino ⁊c. sequitur reuertemur ad vos. Et videtur, ꝙ fic. ⁊ aliud dicebat: ⁊ aliud facere deliberauerat. scilicet immolare filium suum. ergo mentitus fuit. ¶ In oppositum videtur tex. presentis litere. vbi dicitur, ꝙ excusatur a mendacio. ¶ Respondeo dicendum, ꝙ abrahā nō fuit mentitus. vnde a mēdacio excusatur. Primo sic. ꝙ licet abraham crederet se filium immolare: credidit etiaz ꝙ deus mog filium suum suscipere: eo ꝙ deus qui mentiri non potest pro miserat abrahe ꝙ Isaac haberet heredem: ⁊ in Isaac vocaretur sibi semen: in quo benedicerentur omnes gētes. Gen. xxi. propter quod non est mentitus. hec est sentētia beati augusti. xvi. de ciuitate dei. c. xxxi. Secundo excusatur in litera sequenti. Litera patet.

Questio. 1
Opponit.
Respondet.

Prophetauit. In hoc ca. quod est beati ambrosij: ponitur secundus modus excusationis: quo abraham excusatur a mendacio: videlicet quod abraham prophetice loquutus fuit: non aduertens tamen quid diceret. Non tamen fuit prophetia perfecte dicta. quia vt dicit magister Nicolaus de lyra. ad prophetiam perfecte dictam requiritur intelligentia fm ꝙ dicitur Danielis. x. intelligentia opus est in visione. sed fuit prophetia largedicta: quia spiritu sancto mouente sic protulit. ⁊ hoc est qō dicit litera. [prophetauit ⁊c. quod ignorabat.] Et ideo vt dictum est non fuit prophetia proprie aut perfecte dicta [ipse solus disponebat] redire immolato filio. [sed dominus parauerat]. i. disponebat [captiose autem] ponitur alius modus respondendi: qō captiose. i. cautelose: aut callide loquebatur cum seruis: ne ali quis impediret.

Nicolaus de lyra.

Quandoq; .s. est: in quo fm Jo. de. incipit quinta pars huius questionis. in quadri citur: ꝙ quandoq; etiam boni viri dissimulāt significādo ali quid velle fieri: quod tamen nolunt fieri: ⁊ non peccāt: ſz hoc faciunt vt experimentum capiant obedientie sicut ostēdit exē plo abrahām: quem dominus tentauit precipiēdo vt immolaret filium suum: quem tñ nolebat occidi. ⁊ hoc vt eius virt? ⁊ obedientia ceteris nota esset. Et hoc probat per. c. sequens. Lege textum. ¶ [Quandoq; ⁊c. quod tamē fieri nolumus] ⁊ tamen non mētimur: nisi contra ꝙscientiā loqueremur. hu.

Exponit literam.

2 ☞Obedientia quid sit.
3 Preceptum dei factum abrahe de immolādo filio quod preceptum fuerit.
4 Natura dicitur tribus modis.

Non enim. Hoc capitulū est beati ambrosij: quod iducit ad ꝓbāduz quod dixerat. Summa est que dicta est ꝙ deꝰ tentauit abrahām iubēs ei: ꝙ immolaret ei filiū; quem tamen nolebat occidi, sed sic iusserat, vt illius obedientia nota fieret. ¶ Pro pleniori intelligentia huius questiōis queruntur duo.

1 Primum est vtruz sub precepto diuino potuit cadere, quod Abraham immolaret filium suum. Et ita quod occideret.

5 ¶ Scōm vtrū Abraham tenebaꝫ tali precepto obedire.

Primū arg.

Scōm arg.

Ad primum sic proceditur. † Et videtur ꝙ deꝰ nō precepit Abrahā ꝙ immolaret filium suum. Primo sic. deus nō potest precipere aliqd quod sit peccatum. sed occidere filium suum est peccatum, cuz sit cōtra legem nature. ergo ⁊c. ¶ Secūdo sic. Preceptum vt colligitur ex primo sententiarū di. xly. est signum voluntatis diuine obligās ad actum de quo est. Sed vt dicit Ambrosi? in litera. deꝰ nolebat immolari filiū Abrahe. vnde statim dixit. Ne extendas manum in puerū. Gen. xxij. ergo ⁊c. ¶ Tertio sic. deus precepturus erat in lege scribenda, ⁊ in lege naturali precepit ab initio mundi. Nō occides. ergo si pcepisset Abrahe immolare filium suum, precepisset contra preceptum suū, ꝙ preceperat in lege naturali, ⁊ quod precepturus erat in lege scripta. quod videtur esse inconueniens. ergo ⁊c. ¶ Quarto sic. dicit Augustin?, ꝙ creator nature nihil facit contra naturam. quia faciendo contra naturam quam cōdidit, faceret contra seipsum. sed sicut se habet creator nature ad naturam sic lex eterna creatozis se habet ad legem nature. ergo creator lege eterna nihil precipere potest contra legem naturē creatā sed immolare filium est contra legem nature. ergo contra hoc non potuit precipere aliquid. ¶ In oppositū est tex. presentis. c. ¶ Respondeo dicendū iuxta Albertum magnū in prima parte summe sue de mirabili sciētia dei, ꝙ preceptū multiplex est scilicet preceptum probationis, ⁊ preceptum executionis, ⁊ preceptuz discipline. preceptū probationis nō semp exigit actum, sed voluntatem preparationis ad actum. vt fidelitatis, ⁊ obedientie accipiatur experimentum, ⁊ vt hoc alijs ponatur in exemplum. preceptuz executionis est quod exigit actum: quia hoc est quasi regula actus: per quaz mensuratur licitum in actum. Licitū enim est, quod lege precepti regulatur. Exodi. xx. dedi eis precepta mea que faciens homo vinet in eis. preceptum discipine est in quo accipitur disciplina, vt recte quis de precepto ⁊ obligatione precepti habeat estimationem. Si enim recte estimat voluntatem precipiētis omni bus ante ponendam etiam in his, que preter rationem esse videntur. sicut fuit preceptū Ade de pomo non comedendo,

Tertium ar.

Quartū ar.

Opponit ⁊ Rūdet. Albertus magnus.

2 propter quod obedientia ab antiquis sic diffinitur. † Obediē tia est virtus, que quelibet amplectitur iniuncta necessario implenda, nisi obstiterit imperantis autoritas. dicēdū est ergo

3 pro conclusione, † ꝙ deꝰ precepit Abrahe, ꝙ immolaret filiū suum. sed preceptum hoc fuit preceptum tentationis ⁊ hoc significatur in tex. Sic enim dicit. Tentauit deus Abrahā. ⁊ dixit ad eum. Tolle filium tuum quē diligis Isaac ⁊c. In precepto autem tentationis sicut dictum est, non exigitur actus, sed perfecta preparatio ad actum, vt probetur fides, ⁊ deuotio obedientis. vtrum scilicet aliquid preponat preceptis dei vt ptz exverbis Ambrosij hic in litera. Et in tali ꝑceptovolū tas dei est circa preparationem ad actum ⁊ promptionē obediēdi: nō circa actū precepti. ¶ His habitis dicendū est ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur. vno modo iuxta Albertum ex dictis, ꝙ precepto executorio quod obligat ad actum, nūq̄ precepit id quod est peccatum sed ꝑcepto tentationis, quod nō exegit actum bene potest precipere pec cata eatenus quatenus ad probationem ⁊ instructionem ordinantur. ¶ Secundo respōdetur iuxta sanctum Tho. ⁊ magistrum Nicolaū de lyra. Gen. xxij. ꝙ immolare filiū suū. ex precepto dei, nec est peccatum, nec contra legem nature, nec contra decalogum. Nam occisio hominis prohibetur lege nature ⁊ precepto decalogi fm ꝙ habet rationem indebiti. vñ lex humana mandat occidi malefactores, ⁊ hostes rei publice, non faciendo contra legem nature. nec preceptum decalogi. quia hoc non habet rationem indebiti, nec talis occisio est homicidium: quod lege nature vel precepti decalogi prohibetur. vt dicit Augu. libro. de lib. arbitrio. Et similiter Abrahā consentien occidere filium non consensit in homicidium lege prohibitum. quia debitum erat eum occidi propter mādatū dei, qui est dominus mortis ⁊ vite. Ipse enim est qui penam mortis inflixit omnibus hominib? iustis ⁊ iniustis ꝓ peccato primi, parentis. ⁊ potest repetere illud debitum quando vult. cuius sententie si homo sit executor autoritate diuina non erit homicida, sicut nec ipse deus. sicut in proposito. Secus autem esset de precepto alterius domini, qui sic nō est dominus vite ⁊ mortis. ¶ Ad secundū respōdet iuxta Albertū magnum.

Ad primuz argu. Albertus.

Sanctus Thomas. Nicolaus de lyra.

Augustin?.

Ad scōm.

Ad tertiuz.

magnū, ꝙ illa diffinitio precepti datur de precepto executionis, non de precepto probationis ⁊ discipline. ¶ Ad tertiam respondetur negando consequentiam. quia immolare filium siue occidere ex mandato dei nec erat contra legem nature: nec contra preceptum decalogi: sicut dictum est in responsiōe ad primum ⁊ secundum. ¶ Ad quartam patet etiam respon sio ex dictis. quoniam immolare filium ex mandato dei non erat contra naturam: sicut dictum est. verumtamen ꝑpter dictum augustini dicimus iuxta dominum Albertuz, quod vt dicit augustinus contra faustum: ⁊ habetur in glo. ad Rom.

Ad quartuz.

Albertus.

4 x. † Natura dicitur trib? modis. vno modo dicitur natura regula immobilis prouidentie qua vnumquodq; ad debitum nature sue finem gubernatur: ⁊ deducitur. Et contra hāc naturam non potest deus facere: sicut nec contra seipsum. Secundo modo dicitur natura potentia obedientialis in creatura: qua omnis creatura obedit suo creatori. vnde hec est natura vniuscuiusq; rei: ꝙ in ea deus operatur. vt habeť in supra dicta glosſ. ¶ Tertio modo dicitur natura cōnetus cursus nature. ⁊ contra hunc potest deus facere: ⁊ precipere. maxime ꝓ precepto probationis: ⁊ instructionis quia in illis actum nō vult deus. sed aliquid circa actum sicut patet in ꝑcepto facto abrahe de immolando filium: sicut dictum est.

Primū arg. 5 **Ad secundā** sic proceditur. † Et videtur quod predicto precepto: non tenebatur obedire abraham. Primo sic. Nullus tenetur aliquid facere contra virtutem. sed preceptum factum abrahe de interficiendo innocentem est contra virtutem: scilicet iustitie. ergo talī ꝑcepto non tenebatur obedire abraham. ¶ In oppositum arguitur ex presenti litera ⁊ Gen. xxij. vbi de obedientia commendatus est abraham. ¶ Respondeo dicēduz sub ista conclusione, ꝙ abraham tenebatur obedire deo precip ēti immolare filiuz. Ista conclusio patet. Tum primo ex illo Exo. xxiiij. omnia que loquutus est dominus faciemus: ⁊ erimus obedientes. Tum secundo patet ratione sic. Ille qui obedit mouentur ad imperium eius: cui obedit: sicut res naturales mouentur per suos motores. Sicut autē deus est motor omnium: que naturaliter mouentur. Ita etiaz est primus motor omnium volūtatuz. Et ideo sicut naturali necessitate omnia naturalia subduntur diuine motioni: ita quadam necessitate omnes voluntates tenentur obedire diuino imperio. Et ita per consequēs abraham tenebatur obedire deo precipienti filiū immolare filium suum. ¶ His habitis dicēdum est ad rationes in oppositum. respondemus iuxta sanctum tho. ꝙ verum est: ꝙ deus non potest precipere aliquid contra virtutez quia in hoc principaliter consistit virtus ⁊ rectitudo volūtatis humane: qō conformetur dei voluntati: ⁊ eius sequať imperium: cuius sit contra consuetum virtutis modum. secūdū hoc ergo preceptum abrahe factum: quod filium innocentez occideret: non fuit cōtra iustitiaz: quia deus est actor mortis: ⁊ vite. Et ita tenebatur obedire. Lege textum. ¶ [Non enim volebat a patre immolari. filium ⁊c.] quia sicut dictū est: hoc fuit preceptum probationis: nō executionis. vnde aut [sed tentauit ⁊c. qui ouem pro filio.] Surgit hic questio. Quomodo dicit ambrosius ouem cum textus Gen. xxij. dicat arietē. Respondetur ꝙ ambrosius primo nominat ouem: propter generis propinquitatem: quia non differunt ouis ⁊ aries: nisi in sexu. ex quo ouis non prohibetur immolari. Leui. vij. Offerētis victimas adipem ouis. ¶ Secundo ad exprimendam figure veritatez. Nā vt dicit Augustinus. xvj. de ciuitate dei. c. xxxj. immolatio Isaac per patrem figura fuit: qō ipse dei filius fm formam hominis voluntate patris fuit in ara crucis immolandus: factus obediens vsq; ad mortem. ad philippē. secundo. qui ratione innocentie ⁊ obedientie ouis et agnus dictus est. Esa. liij. Sicut ouis ad occisionez ductus est: ⁊ ibidem quasi agnus coram tondente se obmutuit: ⁊ non aperuit os suum. de quo etiā Jo. j. dicitur. Ecce agnus dei. Ecce qui tollit ⁊c. ⁊. j. [non mittas ⁊c.] Gen. xxij. [Non auferam quod ipse donaui.] Non enī licet donationē reuocari ꝑtim si fiat intuitu pietatis. ar. xxij. q. ij. sacrozum.

Opponit in contrarium. Respondet.

Augustin?.

1 ☞Simulatio omnis an sit peccatum.
2 Simulatio dicitur quadruplex.

Tilem. Consequenter sequitur hoc capitulū quod esī beati hieronymi super quarto libro Regū. x. capit. Summa est in ruBro. Scilicet quod simulatio aliqua est vtilis ⁊ assumenda ex tempore. Et potest diuidi in tres partes secundū tria exempla: que ad probanduz inducit. primum exemplum

Diuisio.

est de hien rege israel. Secundum de dauid. ibi: ⁊ dauid. Tertium est de christo. ibi: Cum ⁊ ipse dominus noster. ¶ Pro pleniori intelligētia huius. c. queritur. ¶ † Utrum omnis simulatio sit peccatum. Et videtur ꝙ non. primo ex presenti capitulo arguendo sic. Illud quod peccatum est vtile. sed simulatio vt dicit hieronymus in litera: est vtilis: ⁊ in tempore assumēda. ⁊ probat tam exemplo hieu regis israel: ꝙ dauid ⁊ christi. ergo ⁊c. ¶ Secūdo sic dicitur de christo luce vltimo. ꝙ dominus fingit se longius ire. fictio autem ad simulationem videtur pertinere. ergo cum christus non potuerit peccare: videtur quod simulatio non potest semper esse peccatum. ¶ Tertio. bonum malo est contrarium. si ergo simulare bonum malum est: simulare malum bonum est. quod videtur inconueniens: ergo simulatio non est semper peccatum. ¶ In oppositum est glosſ. super illud Esa. xvi. In tribus annis ⁊c. Ita dicens in comparatiōe duorū malorum leuius est aperte peccare: ꝙ sanctitatē simulare. sed aperte peccare semper est peccatum ergo simulatio semper est peccatum. ¶ Respōdeo dicēdum sub ista conclusione, quod simulatio proprie dicta sem per est peccatū. Ita conclusio probatur sic iuxta sanctū tho. in scōa scōe. q. cxi. ar. j. Ad virtutem veritatis pertinet: vt alī quis talem se exhibeat exterius ꝙ signa exteriora: qualis est. Signa autem exteriora non solum sunt verba: sed etiam sunt facta sicut ergo veritati opponitur: qō aliquis ꝑ verba exteriora aliud significet ꝙ habeat apud se: quod ad mendaciū pertinet. Ita etiam veritati opponitur: ꝙ aliquis per aliqua signa exteriora factorum vel rerum aliquid designet contrariuz eius: quod in eo est quod proprie simulatio dicitur. vnde simulatio proprie est mendacium quoddam in extertorum factorum signis consistens. Non refert autem vtruz aliquis mētiatur verbo vel quocunq; alio facto. vnde cum omne mendaciū sit peccatum: vt dictum est: consequens est quod etiam omnis simulatio sit peccatum. ¶ Quibus habitis dicenduz est ad rationes in oppositum. Ad primam de presenti capitulo respondetur ꝙ hieronymus large vtitur nomine simulationis ꝑ quacunq; fictione. Sicut autem dicit augustinus libro de questionibus euangelij. Non omne quod fingimus est mendacium. sed quādo id fingimus: quod nihil significat tūc est mendacium. Cum autem fictio nostra refertur ad aliquaz significationem non est mendacium: sed aliqua figura veritatis: ⁊ subiungit exemplū de figurativis locutionibus: in quibus fingitur quedam res: non vt asseratur ita esse, sed esse pro ponimus. vt figuram alterius quod asserere volumus. Commutatio autem faciei dauid fuit fictio figuralis: sicut exponit glosſ. in titulo illius psalmi. Benedicam dominum in omni tempore. Simulationem autem hieu non est necesse excusari a peccato: vel mendacio. quia malus fuit. vtpote ab idolatria Jeroboam non recedens. commendatur tamen ⁊ etiam temporaliter remuneratur a deo: non tamen pro simulatione: sed pro zelo quo destruxit cultū baal. ¶ Ad secundam patet responsio ex dictis. Illa enim fictio qua christus finxit se lōgius ire: non fuit mendaciuz aut simulatio, sed figura veritatis cū referantur ad significationem aliquam. vnde sic dominus finxit longius ire: quia composuit motum suum quasi volentis longius ire ad aliquid figurate significandum: scilicet qō ipse ab eorum fide longe erat: vt Gregorius dicit. vel vt augustin? dicit. quia cum longe recessurus esset ascēdendo in celum per hospitalitatem quodammodo tenebatur in terra. Notādum

2 tamen hic iuxta Alexandrum de halis in tertio, † ꝙ quadruplex est simulatio. Quedam est simulatio cautele, que fuit in hieu. quarto Regū. ix. ⁊ interficeret sacerdotes baal. Et in iosue: qui simulauit fugam. iosue. viij. Que est simulatio doctrine: de qua Luce vltimo finxit se dominus longius ire, vt instrueret ⁊ moneret discipulos ad opera misericordie ⁊ hospitalitatis. ¶ Alia est simulatio significatiōis, qualis fuit simulatio iacob. Gen. xxvij. quando simulauit se esau, in quo significauit, quod minor populus preferendus erat maiori. scilicet gentilis iudaico. ¶ Alia est simulatio duplicitatis qualis est in hypocritis, ⁊ hec dicitur ab ambrosio mēdacium. hec ille. ¶ Ad quartam respondetur, quod quidam dicunt vt videtur alexandro de halis in tertio dicere, quod nullus potest se simulare esse malū. quia per opera bona nullus se simulat malum. Si autem opera mala faciat malus est. Sed hec ratio vt dicit Sanctus tho. non cogit. potest enim aliquis se simulare malum per opera, que in se non sunt mala, sed habent quādā speciem mali, ⁊ tamen ipsa simulatio, est mala. Tum ratione mendacij. Tum ratione scādali. Et ꝙuis per hoc fiat malus non tamen fit malus illa malitia quam simulat. Et quia ipsa simulatio secundum se mala est, non ratione eius de quo est,

Questio. Primuz ar.

Secūdū ar.

Tertiuz ar.

Opponit in contrarium.

Respondet.

Sanctus Thomas.

Ad j. argu.

ꝑ̄s. cxliiij. a.

Ad scōm.

Gregorius.

Alexander de halis.

S. Tho.

Exponit literam.

siue sit de bono siue de malo peccatum est. Lege ter. ¶ [Utilem simulationem.] large sumit hieronymus simulationes p quacunq; fictiõe vt dixim⁹ ex dicto beati thome. [hieu]. iiij. Reg. x. Legitur ibi: q hieu postq̃ occidit ioram regem israel filium achab: venit in samariam & conuocato populo vniuerso dixit: in dolo ampliare volo cultũ baal. achab coluit baal parum. Ego autem amplius colam eum. Nunc igitur oẽs prophetas baal: & vniuersos seruos suos eius & cunctos sacerdotes ipsius vocate ad me. nullus sit qui non veniat. Sacrificiũ enim grande est mihi baal. Quicunq; defuerit nõ vivet. Et venerunt omnes cultores baal: nec vnus defuit. impleta est domus baal. postq̃ vero mactarunt victimas: & coeperunt holocaustũ: precepit militibus suis ingredimini: & percutite omes. nullus euadat: & percusserunt eos: & statuam baal comminuerunt & destruxerunt templum eius: & fecerunt pro eo latrinas. i. subterraneas vias ad purgationem vbis. Et ita hieu cũ predicta dissimulatione deleuit baal de israel. Sed vt diximus in responsione ad primum argumentum non excusatur iste a mẽdacio, nec laudatur de simulatiõe sed de zelo quo destruxit cultus baal: [& dauid. Secũda pars. Et est secundum exemplum de quo primi Regũ. c. xxj. exemplum patet. ¶ Dulta ponuntur hic tam in gloss. q̃ apud hug.

Contra glo. & hug.

quod quis de dolo excusetur propter sequentem vtilitatem: quod non est credendum. quia nec propter quamcunq; vtilitatem sequentem excusatur mendacium. [officius] quin sit peccatum. vt dictum fuit supra. in. c. omne. [cum & ipse dominus noster] tertia pars. [nec carnem peccati] id est carnem peccatricem: scilicet habentem in se peccatũ: vel causam peccati. [simulationem] id est similitudinem. [peccatricis carnis.] id est carnem similem carni peccatrici. prima petri secundo. & hoc sine aliqua ficta simulatione. quia cum esset sine peccato propter assumptos defectus nature videbatur caro peccati similis carni aliorum hominum absq; omniũ fictiõe. Et dicit hugu. & etiam gloss. quod christus assumpsit hanc similitudinẽ vt falleret diabolum. Namvt dicit Augustinus si diabol⁹ eũ filium dei sciuisset: nũq̃ eu⁹ occidi a iudeis passus fuisset [cõdemnans] id est destruens.] hug. [peccatus] id est actoẽ peccati. scilicet diabolum: quem destruxit nõ in se. sed in suis auferendo eos ei. & dimittendo peccata: per que eis dominabatur. hu. [in carne sua] exponẽdo eam mortẽ: cũ qua vetus homo noster crucifixus est [nos in se]. i. per se. i. per fidẽ eius [faceret institiam]. i. iustificatos. hug.

Augustin⁹.

Ecce. ſ. est: in quo magister gratianus cõcludit ex predictis: & dicit patere que mendacia sint peccata mortalia: & que venialia. deinde mouet questionem: vtrũ abraham descendens in egyptum dicens saram esse sororem suam mentitus fuerit.

1 ☞ Abrahã an fuerit mentitus dicendo sarã sororem suam.
2 Negligens quis non debet esse circa suam & aliorum salutem.

Queritur. Sequitur capitulum quod est beati augustini. in quo respondetur ad predictam questionem. † Respondetur enim q̃ non fuit mentitus. quoniam vt dicit augustinus in presenti litera. abraham dicens saram sororem esse suam veritatem voluit celari: non mendacium dicere. Soror enim dicitur quia filia fratris erat. vnde ipse abraham dixit Gen̄. xx. vere soror mea est filia patris mei: & non matris mee filia. quia scilicet ex parte patris attinebat ei. Ipse etiam alibi. scilicet Gen̄. xi. & xij. vocat loth fratrem suum cum ait. Non sit iurgium inter pastores nostros. fratres enim sumus. qui tamen tantum erat filius fratris sui aran. Et si hoc propter propinquitatem dictum est fine mendacio. Sic hic cum vocauit saram sororem sine mendacio potuit dicere propter sanguinis coniunctionem. dicuntur autem sorores vel fratres natura: genere: cognatione: fide: similitudine. vt dicit hugu. [tentare] Deutero. vj. & Matth. iiij. scriptum est enim

2 non tentabis dominum deum tuum. ar. † qõ quis non debet esse negligens circa suam & aliorum salutem: sed circa eam intendere: dum potest: & non se deo committere: ne deum videatur tentare. hugutio. [Quidam potuit] id est debuit dũ suam vitam voluit rationabili consilio tueri. [quod non potuit] scilicet se tueri: domino commisit. hug. [duas res.] scilicet tuendas. [deo committeret] scilicet & suas vitam & vxoris pudicitiam. Et ita patet etiam litera.

1 ☞ Ysaac an fuerit mentitus dicendo patri suo se esse esau.
2 Circuncisio quid erat in lege veteri.

3 Jonatas comedendo fauum mellis citra preceptum patris an debuit iure mori.

Item opponitur. ſ. est, in quo duo principaliter facit gratia. Et ita diuiditur in duas partes. In prima obijcit iterũ contra id quod dictum est supra in pluribus capitulis, q̃ nõ est mentiendum, & q̃ omne mẽdacium est peccatum, & obiectionem soluit: quam solutionẽ probat quatuor exemplis, scilicet Jo. & iudeorum, & gentilium, & exemplo romanorum. In secunda reuertitur ad materiam principalis questionis, & soluit questionẽ ipsam, & solutionem ipsam probat exemplo sanctus Thomas. lis. secunda ibi. Episcopus vero. ¶ Pro pleniori intelligentia huius capituli queritur † vtrũ Ysaac mentitus fuit dicendo patri suo se esse Esau. Ben̄. xxvij. ¶ Ad hãc questionẽ respondet gratianus q̃ non est mentitus. quia non dixit se esse primogenitum nascendo: sed ius primogeniture illo vendente adeundo. hunc autem modum loquendi probat exemplis quatuor sacre scripture. Primo exemplo Jo. quem deus dixit heliam: non persona sed imitatione virtutis. Matth. xj. Erat ergo iacob esau non nascendo: vt diximus, sed emptiõe primogenitorum &c. [sic et iudei.] Secũdũ exẽpliũ [filij diabolo.] Jo. viij. [gentiles.] Tertium exemplum: qui non erant filij abrahe: fm carnem translati sunt in filios abrahe secundũ fidem: quod significauit Joan. baptista Matth. iij. cum ait in deis. Nolite dicere filij abrahe habemus: quem scilicet non imitamini. potẽs est enim de⁹ ex lapidib⁹. i. ex gẽtilib⁹ q̃ lapides dicũtur: q̃ lapides idolorũ duro & obstinato corde adorabãt, suscitare filios Abrahe, eos molliẽdo ad fidẽ [hinc &c.] Quartũ exemplũ [ad romanos] apostolus ad Ro. ij. [o iudee.] Scz adulte, q̃ loquitur de tẽpore ante passionẽ christi, quo tempore circũcisio valebat. dicit ergo. o iudee adulte, si circundaris nec legem eius obserues. circũcisio tua preputium tibi facta est. i. non plus valet q̃ preputium: quia non seruas quod per circũcisionem profiteris. Sicut enim religioso prodest professio, si regulam obseruet. † Circũcisio enim quedam professio erat obligãs homines ad obseruantiam legis. vt ad Gala. v. Testificor omni circuncidenti se, quoniaz debitor est vniuerse legi faciende. Sanctus Tho. super apostolum. [si ergo preputium]. i. gentilis circuncisus custodiat iustitiam legis, & ista precepta legis. Nonne preputiũ illi in circũcisionem reputabitur: quasi diceret nõne fructus circũcisionis habebit. Sanctus Tho. prefertur ergo. vt ex premissis &c. veraciter ergo Jacob non mẽdaciter se dixit Esau: quia intelligitur vt dicit magister Nicolaus de lyra q̃tũ ad dignitatem primogeniture. Sic erat verũ quod esset Esau. & sic questio patris debebat intelligi. quia querebat de eo, cui benedictio debebatur propter quod non decepit patrem licet pater sic non intellegerit. Et sic Jacob nõ fuit mẽtitus. Loquebatur enim mystice, siue allegorice. Ego sum Esau. i. ille cui debeẽ ius primogeniture. Sed arguitur in contrarium quia intẽdebat patri persuadere, q̃ esset Esau personaliter. vnde pelliculas hedorum circundedit manibus. ergo cum intenderet patri persuadere se esse esau personaliter et vsus sic his verbis. Ego sum esau. videtur q̃ plane fit mẽtitus. ¶ Ad hoc respondetur negando consequentiam. quoniam vt dicit Alexander de halis in tertio. licet intẽdebat facere aliquid quo facto ysaac crederet ipsum esse esau: occasionaliter intendebat hoc. Nã principaliter intendebat benedictionem sibi debitam vendicare. vnde simpliciter verum quia allegorice & transumptiue erat pronuntiatum. hec Alexãder. Verum dicit Nicolaus de lyra in prefato loco. Ben̄. xxvij. quod non est magna necessitas excusandi patres veteris testamenti a mendacio maxime officioso: cum apostoli qui fuerunt multo perfectiores eis: & tñ de eis dicit Jo. euangelista prima canonica. Si dixerimus q̃ peccatum nõ habemus &c. [Episcopus vero.] secunda pars. in qua reuertitur ad principalem questionẽ: quasi diceret iacob nec dixit falsum nec peccauit. [vero. i. sed episcopus iste] de quo hic agitur in themate questionis & si &c. quia enim adhibita sufficienti diligentia credidit iurare verum: & iurauit falsum non periurus habẽdus. quod exemplo saulis probat de quo habeẽ primi Reg. xiij. ¶ Surgit hic questio † vtrũ ionathas comedendo fauum melis cõtra preceptum patris debuit iure mori. Respondetur breuiter q̃ non. Et hoc triplici ratione. Prima quia lex data a patre ad eum non peruenit vt dicitur in text. ¶ Secundo quia positus in necessitate comedit. ar. de conse. distinctione quinta. discipulos. Ex labore enim prelij & ieiunio & calore solis ita erat fatigatus: q̃ oculi & alij sensus erant nimis depressi: propter quod dicit textus, q̃ gustato

Sanctus Thomas.

Nicolaus de lyra.

Opponit in contrarium.

Respondet. Alexander de halis.

Nicolaus de lyra.

Questio.

Rñdet.

q̃ gustato modico mellis illuminati fuerunt eius oculi: quia corde confortato & resumptis viribus facies fuit exhilarata: & vinacitas sensuum redijt. vt dicit Nicolaus de lyra in expositione libri Regũ. & hugu. tangit in glo. ¶ Tertia ratio potest induci, q̃ iuramentum saulis non fuit vsquequaq; districtum. vnde vt dicit Nicolaus de lyra saul precipiẽdo quod populus nihil comederet casum necessitatis non excepit nec verbo: nec intellectu. quod patet ex hoc: quod ionatham filium qui in necessitate positus modicũ mellis comedit: voluit omnino occidere. Casus vero necessitatis ab omni precepto & lege, exceptus est. Et ideo peccauit saul tale preceptum dando non excipiendo q̃ excipere debuit. plura alia tãgit ibi nicolaus: que breuitatis gratia pertranseo. Litera patet ex dictis.

Nicolaus de lyra.

¶ Questio. iij.

1 ☞ Archidiaconus an possit denegare cõsuetã obedientiam episcopo qui iurauit falsum quod credebat verum.

Amergo. ſ. est: in quo intitulatur tertia q̃stio. qua queritur. † vtrum licuerit archidiacono denegare consuetam obedientiam episcopo: qui iurauit falsum quod credebat verũ. Et respondet q̃ non. Et hoc triplici ratione. Prima quia episcopus ille non erat reus periurij in illo casu. vt dictum est. ¶ Secunda quia dato quod fuisset periurus non erat denegenda ei obedientia a suis subditis anteq̃ a suo superiori fuisset per sententiaz condemnatus. viij. q. iiij. nonne. & xxj. q. vlti. c. fin. ¶ Tertio quia iniustum est: quod archidiaconus subditus episcopo & priuata persona presumat priuare suum superiorem debito honore suo: & obedientia. vnde illicitum fuit iuramentum archidiaconi continens iniustitiam & iniquitatem: & ideo sibi non licuit hoc iuramentũ seruare. patet litera.

Divisio.

Questio.

Primus ar.

Secũdũ ar.

Tertius ar.

Opponit et Respondet.

¶ Questio. iij.

1 ☞ Juramentum omne illicitum an sit seruandũ. & nu. 4. q. 5.
2 Juramentum dicitur illicitum octo modis.
3 Juramẽtũ dicit illicitũ est obseruãdũ: & habet vim obligãdi.

Quod autẽ illicita &c. Dic intitulatur quarta questio: qua queritur, vtrum illicitum iuramentum sit seruandum. Et diuiditur in tres partes. In prima probat per. xx. capitula. quod in male promissis rescindendum est sacramentum cum seruari non possit sine detrimento salutis eterne. In secunda probat quod si aliquis venit contra malum iuramentum mutando illud ad bonum: tunc non peccat. In tertia determinat vtrũ peccauerunt filij israel parcendo gabaonitis propter iuramentum. secunda ibi in. ſ. ecce quod. tertia ibi in. ſ. sed cum ex his. ¶ Pro pleniori intelligentia in summa totius huius questionis. Queritur. ¶ † Utrum omne iuramentum illicitum sit seruandum. Et videtur q̃ omne tale sit seruandum. Primo sic. dicit augustinus qõ meretrix iurans se seruaturã fidem suo locatori iurando & adherendo suo locatori mala est. peior autem iuramentum non seruando. ergo iuramentũ illicitum est obseruandum. ¶ Secũdo sic. dicit augustin⁹. q̃ raptor qui iurat se diuisurum spolia cuz alio magis peccat si totum retineat: q̃ si diuidat. ergo idem quod prius. ¶ Tertio ille qui prius vouit castitatem & postea duxit vxorem iuramento firmans nunq̃ ab ea discessurum, hoc iuramentum licet sit illicitum cum iustitia ei desit precipitur tamen seruari secũdũ augustinum. ergo illicitum iuramentum seruãdũ est. ¶ In oppositum videtur colligi ex presenti questione q̃ multa capitula. ¶ Respondeo: est primo notandum, quod vt tãgit hug. & ponitur in gloss. † octo modis dicitur aliquod iuramentum illicitum. primo ex persona. Et hoc dupliciter. vt primo ex persona iurantis: vt cum puberes iurant, vt. j. e. que stiõe quinta. paruuli. ¶ Aut secundo ex persona cui iuratur vt si laico iuret clericus. vt. j. e. questione quinta. nullus. ex ecclesiastico. ¶ Tertio iuramentum est illicitum ex eo: quod iuratur: vt si iuretur quod malum est: vt. j. e. q. iurant dauid. & c. in malis. ¶ Quarto ex eo p quod iuratur: vt si iuret per falsos deos: vel creaturas. vt. ẽ. e. questione prima. consydera. & c. clericum. & c. si quis. ¶ Quinto dicitur illicitũ iuramentuz ex fine ad quem velit quis venire per iuramentum, vt si ante electionem iuretur de indemnitate rerum ecclesie. vt sic eligatur. vt. vij. questione tertia. artaldus. & cum quis iurat patri spolium alterius cum aliquo: si eum iuuet ad alium spoliãdum. vt. j. e. questione. si ad peccatum. ¶ Sexto dicitur illicitum iuramentum ex causa: vt herodes qui propter saltationem iurauit filie herodiadis dare quicquid peteret: vel si ad clamorem populi iuretur. vt. j. e. vnusquisq;. ¶ Septimo dicitur iuramentum illicitum ex modo: vt cum iuratur temere: vel indiscrete: vel preter necessitatez: vt si quis iuret se non comesturum: vel nunq̃ futurum clericum: vel episcopum: vt. ẽ. e. questione secunda. capitulo secundo. & j. e. q. si qs. ¶ Octauo illicitum dicitur iuramentuz ex tempore: vt si iuret in ira dragefima nisi de pace componenda. vt. j. e. questione quinta decreuit. ¶ Si octo modi comprehenduntur hoc versu. Quis: cui, quod: per quod: ad quid: cur: quomodo: quando. ¶ Dis habitis ponitur. ¶ Prima conclusio. † Omne iuramentuz licitum est obseruandum & habet vim obligandi. Ista conclusio patet primo ex illo Mat. v. Reddes domino iuramenta tua. Secundo ratione patet conclusio. quoniam ad reuerentiam diuinaz ad quam omnis homo tenetur: pertinet: vt id homo verificet: quod per nomen eius promisit. dum tamen illud fit

4 licitum. ¶ Secunda conclusio. † iuramentũ illicitum ex parte eius quod iuratur: videlicet cuz id quod iuratur in natura sua vitiosum est: vel adimens vitam: vt scilicet quod est peccatum mortale: vel etiam veniale: non est obseruandum: & transgressio talis iuramenti nullum est peccatum. hec cõclusio patet per multa capitula huius questionis. Specialiter per primum. c. sequens. & per. c. in malis. vbi dicit beatus Jsidorus. In malis promissis rescinde fidem. In turpi voto muta decretum: quod incaute vouisti: non facias impia est promissio

5 que scelere impletur. ¶ Tertia conclusio. † iuramentum illicitum ex aliqs circunstantijs tantum: scilicet ex tempore vel modo. vel &c. quod in se nulluz est peccatum: nec vergit in animedetrimentum seruandum est. patet conclusio quia talis iuramenti ad impletio non impedit salutem anime: nec in aliquo impedit eius profectum. vnde adimplẽdũ est: ex quo iuratur patet ex capitulo. si aliquid. & extra de iureiuran. si vero. vbi de hoc. Ista sufficiant pro presenti quia. j. per singula capitula aliquid dicetur magis in speciali. ¶ Ad rationes. Ad primam respondetur iuxta magistrum Alexandrum de halis. & dominum Bonauenturã in tertio. q̃ iuramẽtum meretricis partim est licitum: & partim illicitum. Cum enim iurat se seruare fidem locatori: iurat se ad herere illi & nõ alij: & quãtũ ad hoc qõ est adherere illi: illicitũ est: nec obligat q̃tum ad hoc. Quãtum vero ad hoc qõ est nõ adherere alij: est licitũ: & obligat. Et ideo dicit augustinus, qõ peior est iuramẽtũ non obseruando: quia transgrediendo peccat: & peierat. ¶ Ad secũdam rñdetur eodẽ modo. quia partim est iuramentũ illud licitũ: & partim illicitum: & non obligat. vt cum iurat se nõ retinere totum est licitum: & obligat & sic magis peccat retinendo totum. vnde nullum iuramentũ in q̃tum est de illicito aut ininsto est obligatoziũ. ¶ Ad tertiaz respõdetur iuxta alegãdrum in tertio. ¶ Primo quod intelligitur non de voto castitatis solenni. quia tale impedit matrimonium contrahẽdũ: & dirimit iam contractum. sed de simplici voto: quod & si impediat matrimonium contrahendum: non tamen dirimit cõtractum. Secundo dicitur: qõ id quod dicit gratianus siue augustinus de illo: qui post votum castitatis scilicet simplex duxit vxorem: & iurauit &c. quod iuramentum precipitur seruare. quia hoc non est ratione vinculi iuramenti: sed ratione vinculi matrimonij: quod non dirimit simplex votuz. Et ita per accidens.

Versus.

Prima conclusio.

Scõa conclusio.

Tertia conclusio.

Ad. j. argu. Alexander de halis. Bonauentura.

Ad scõm.

Ad tertiuz.

1 ☞ Juramenta stulta siue illicita ex parte rei que iuratur: non sunt obseruanda.

In publicis. Capitulum hoc sumptuz est ex concilio octauo tolerano. Summa est in rubro. vel sic. † Stulta siue illicita ex parte rei q̃ iuratur in pramenta non sunt obseruanda. Breue est. Et non diuiditur. Lege textũ. ¶ [Si publicis]. i. sacramentis publice gestis & factis. Idem & si occulte. hugu. non bona] id est mala: & idem est cum precedenti. hugu. & archi. [alligata]. i. confirmata. hu. [ditio] id est pactũ factum. hug. [iugulare] id est iugulando. [auferre animã] id est vitam. hug. [sacratissime] monialis. [tolerabilius] electiue. i. tolerabile: & bonum. & non illud. hugu. [stulte promissiõis] j. e. per totum, vsq; ad. ſ. j. Archidia. [reijcere]. i. nõ adimple

Exponit literam.

Archidia.

re.hugu.archidiaco.[custodiam]idest obseruantiã.i.seruãdo ꝛ adimplendo inutilia promissa.vnde vt dicit glo.nec peccat illa transgrediendo.vt.j.e.in malis.ꝛ.c.inter.sed tamen peccauit quando iurauit.Et ita cum obseruantia est peccatum tũc transgressio non est pecctum.vt dicit hug.

Diuisio. **Et etiam.** Ad idem est hoc capitulꝫ beati ambrosij libro primo de officijs.Summa est in rubro.Et potest diuidi in duas partes.In prima ponit dictum generale.scilicet quod sepe cõtra officiuꝫ charitatis est:ꝛ pietatis adimplere sacramentum promissum.In secũda probat illud exemplo in herode.secunda ibi herodes.Lege textũ. ¶[Est etiam contra officiũ]scilicet charitatis ꝛ pietatis [soluere] id est adimplere[vt herodes]secunda pars.de quo ad matth. xiꝫ.herodes enim grauissime peccauit:ꝙ tam temerarium:ꝛ sceleratissimum iuramẽtum seruauit in necem viri sancti pro filiens ad suasionem impudice mulieris.vnde Chrisostomus dicit in homilia super ad matt.vide qualiter crudelis qualiter demens fuit herodes.

Exponit literam.

Chrysostomus.

1 ☞ Iuramentum illicitum non est obseruandum.

Diuisio. **Quod dauid.** Ad idem est hoc capitulũ beati augustini in sermone decollationis ioannis baptiste. Summa est† quod iuramentum illicitum non est obseruandum.Et diuidi potest hoc capitulum in duas partes.In prima ponit,quod pietas preferenda est iuramento temerario:aut inconsulto.In secunda illud probat exemplo dauid.secunda ibi:video.Lege textum. ¶[Quod dauid iuramentum.]vt patet primi Regũ.xxv.dauid iurauit interficere nabal:hoc iuramentũ non seruauit dauid.Tum quia iurauit temere ꝛ calore ire commotus.Tum quia iuramentuꝫ iniquum sine iustitia.Non enim habebat ius dauid in bonis nabal:vt si nolet dare mereretur occidi ab eo.Tum quia dauid tunc erat persona priuata:non iudex:vt deberet vindictã accipere:aut ad mortem punire hominem illum.vnde pie et bene egit dauid:quod ad preces abigei vxoris nabal ei mortem pepercit:ne impius vir sanguinis fieret iuramẽtum obseruando.vnde quod inconsulte iurauerat:consultius in melius reuocat.[maior pietas.]electiue tenetur. quia hec fuit magna pietas.sed illud fuisset mortale peccatum. hugatio. Alia patent.

Exponit literam. **Iurauit.** Ad idem est hoc capitulũ eiusdem augustini.Et eadem capituli summa est cum precedenti. Lege tex. ¶[Iurauit temere].i. indiscrete: ꝛ inconsulte: calore iracundie motus:etiam fine iustitia.hug.[Astrictus.] quo ad erroneam suam opinionem[falsum]quod nec fuerat:nec futurum erat. [Verum de duobus]scilicet homicidio: ꝛ transgressione iuramenti [peccatis.] in genere,id est de duobus:que per se consyderata sunt de genere peccatorum. In tali enim casu sicut in presenti transgressio iuramenti nulla est peccatum:etiam veniale.hug.[vel peccatis].i.que videntur peccata:ꝛ tamen alterum non est peccatum.glo.[minimum]scilicet periurium.hugu.[in preparatione peiorꝫ.] scilicet homicidij in genere per se consyderati. [Nam per se ipsum appensum].i.consyderatũ non habito respectu ad homicidiũ.hu.[magnũ malum est falsa iurare].i.iuramentũ nõ seruare:quod tamen in hoc casu nõ est de genere peccatorũ. qꝫ solet esse petit:quãdoqꝫ non.hug.

Exponit literam. **In malis.** Ad idem est hoc capitulum quod est beati Jsidori de synonymis libro secundo.Summa est in rubro.Lege textum. ¶[In malis.]siue mortalib⁹:siue venialibus.hugu.[decretum].i.propositus quod incaute id est indiscrete.hugu.[non facias.]quia in his licitum est venire contra fidẽ promissam[adimpletur].i.committitur.de hoc capitulo aliquid dicetur in sequenti.

1 ☞ Iuramentum incautum an sit obligatoriũ, ꝙ non.nu.2.
3 Iuramentum esse incautum multipliciter contingit.
4 Iniustum siue illicitum dicitur aliquid dupliciter.
5 Iuramentum sex modis vergit in peiorem exitum.

Diuisio. **Si aliquid.** Ad idem est hoc capitulum quod est bede in homilia. xliij. Summa est in rubro. ꝛ quasi est eadem sententia cum precedenti. Et potest diuidi in duas partes. In prima dicit,quod si quis aliquid iurauit incaute: quod obseruatum in peiorem vergit exitum:tale non est obseruandum. In secunda parte probat illud exemplo dauid.secunda ibi:deniqꝫ iurauit dauid. ¶Pro pleniori intelligentia huius capituli et aliorum qui de incautis iuramentis loquuntur. Queritur. ¶†Utrum iuramentũ incautum sit obligatorium. Et videtur quod sic. Primo sic. Jncautus iuramẽtum dicitur vt habetur hic in litera:quod vergit in exitũ mali:vel minus bonum.sed tale iuramentum fuit quod iosue gabaonitis exhibuit:quod contra preceptũ dei fuit:quo preceperat ne cum gabaonitis fedus iniret:et tamen obseruauit illud iuramentum reputans se obligatum.ergo iuramentum incautum est obligatorium. ¶Secundo sic arguitur de eo:qꝫ iurat se nũquam intraturum religionem:tale iuramentũ incautum reputatur:ꝛ tamen videtur quod sit obligatorium.qꝛ sine peccato potest religionem non ingredi.Et per cõsequẽs cum sit licitum licebit illud iuramento cõfirmare.sed iuramẽtum licitum est obligatorium.ergo iuramentum incautum est obligatorium. ¶Tertio sic.Si aliquis iurat se nunquam recipere prelationez.hoc iuramentum similiter reputatur incautum:eo qõ impeditur vtilitas communis.Et tamen videtur qõ obligat ad sui obseruationem.quia ꝛ si nõ iurasset laudabile est:vt prelationem quis fugiat.ergo iuramentum incautum est obligatorium. ¶Jn oppositum est tam capitulũ precedens:quam presens. ¶Respondeo dicendum sub ista cõclusione,†qõ iuramentum incautum non obligat.Que cõclusio ꝓbatur multipliciter. Primo sic.dicit Bernardus,qõ pro charitate institutum est:cõtra charitatem non militat.sed iuramentum pro charitate institutum est.Cum ergo per iuramẽtum incautum charitas impugãtur:quia est de aliquo malo faciendo:aut de aliquo bono omittendo.ergo tale iuramẽtum non est obligatorium. ¶Secũdo sic.Nihil attingit propriam virtutem:niſi quãdo perfectum est.vt dicitur.vij.phy. sicorum.sed virtus iuramenti est obligare.cum ergo iuramẽtum perficiatur tribus comitibus.vt.ſ.e.questione secunda. animaduertendum.ergo videtur quod iuramentum vbi tres comites non concurrunt non sit obligatorium:sed in omni iuramẽto deest iustitia:si sit illicitum quod iuratur:vel iudiciũ si per hoc aliquod bonum impediatur.ergo iuramentũ incautum non est obligatorium.Est autem hic notandus iuxta dominũ Bonauenturam in tertio,†ꝙ multipliciter cõtingit iuramentũ esse incautũ. Primo modo quando iuratur aliquid qõ simpliciter vergit in salutis detrimẽtũ.sicut cũ aliquis iurat se facturuꝫ aliquid:quod non potest sine peccato mortali consummari. ¶Secundo dicitur iuramentum esse incautũ: cũ quis iurat aliquid:qõ vergit in salutis sue dispendium:et perfectionis impedimentum.puta cum quis iuratſe nũqꝫ intraturum religionem. ¶Tertio modo dicitur iuramentum incautum:cum quis iurat aliquid in omnẽ euẽtuꝫ:quod vno casu contingente vergit in salutis dispendium:alio casu contingente vergit in salutis profectum.sicut cum iurat aliquis se nunqꝫ recepturum prelationem:quod quidem est in salutis dispendiũ:si vtilis sit:ꝛ canonice eligatur:ꝛ a maiori sibi iniũgatur.tunc autem vergit in salutis profectũ si sit persona inutilis sibi et alijs ad statum illum promoueri.Si ergo loquamur de iuramento primo modo:est conclusio prima.qõ tale iuramentum incautum cum sit illicitum: non est obligatorium.imo obseruans sine adimplens peccat.Si vero loquamur de iuramento incauto secundo modo:est conclusio secũda.quod tale iuramentum nec est licitum:nec per consequens obligatorium.obseruare tamen ipsum non est peccatuꝫ.quia non est peccatum non intrare religionem.Graue tamen peccatum est iurare:se nunquam ascensurum ad gradum perfectionis.quia in hoc quodammodo impugnat ipsius iustitie perfectionem:ꝛ spiritus sancti inspirationem.Si vero loquamur de incauto iuramento tertio modo est conclusio tertia. quod vno casu contingente tale iuramentum est obseruandũ: videlicet quando vergit in salutis profectum.Alio casu contingente est illicitum et per consequens non obseruandum. videlicet cum vergit in salutis detrimentum. ¶His habitis dicendum est ad rationes in oppositũ.Ad primam de iosue respondetur iuxta Alexandrum de halis ꝛ sanctum Thom. 4 †ꝙ aliquid est iniustũ siue illicitũ dupliciter.vno modo:quia prohibitum.Alio modo prohibituꝫ quia iniustũ. Prohibitum quia iniustum siue illicitum est:ꝙ de natura sua vitiosuꝫ est:vt adulterium ꝛ fornicatio et huiusmodi.Juramentũ aũt de talibus faciendis nullo modo est obligatorium.ꝛ de hoc quia deest comes iuramẽti scilicet iustitia.iniustum vero siue illicitum quia prohibitum est:quod de se erat licitum.sed ex prohibitione

Questio. Primus ar.

Secundum argumentũ.

Tertium ar.

Opponit ꝛ Respondet.

Bernardus.

Bonauentura.

Alexander.

Ad tertiuꝫ Sanctus Thomas.

Exponit literam. Archidia.

Prima con cluſio.

Secunda cõ cluſio.

Tertia con cluſio.

Ad primuꝫ arg. Alexander de halis. Sanctus Thomas.

Serta conclusio. 8 Mōne ex concupiscentia. ¶ Serta cōclusio. ✝ Bellum spirituale quasi ciuile, & inter hominē & diabolū ortum habet ex inuidia: de quo dicit apostolus ad Ephes. vj. induite vos armatura dei, vt possitis stare: scilicet firmi aduersus insidias diaboli: qz nō est nobis colluctatio aduersus carnē, & sanguinem. i. contra homines qui visibiles & fragiles sunt, vel cōtra vitia, que ex carne & sanguine sunt, sed aduersus principes. i. demones, qui principātur aliis, & aduersus potestates mundi. i. peccatorū rectores, vt exponit glo. de quo etiā apostol⁹ Petrus ait. ℣ fratres sobrij estote & vigilate: qz aduersarius vester diabolus tanquā leo rugiēs circuit querens quē deuoret, cui resistite fortes in fide: hoc bellum diuinus ortū habere ex inuidia diaboli. Nam vt sapiētie scō dicitur: inuidia diaboli mors intrauit in orbem terrarum: & tantū pro nunc dictum sit de ista questione. Lege. ¶ [Quod militare.] vt dicam est non est contra euangelicā doctrinam: nec ratio gratiani hoc probat, vt ostēdimus in respōsione ad hanc rationem: nec auctoritates quas inducit hoc probans, vt visum est de aliquibus, videbitur in earū expositione [prohibetur]. i. sub forma prohibitionis dissuadet. bug. [si quis te] Matt. v. & Luce. vj. [prebe ei alterā]. i. animo sis paratus ei prebere: si necesse fuerit pro nomine christi. bugu. quia istud vt dicetur infra non est intelligendū semper quantū ad effectū exteriorem, sed secundum preparationem animi: secundum ℣ dicit Augustinus. ℣ homo debet animum preparatum habere ad sustinendum percussionē in alia maxilla: anteqū suscitaret scandalū, vel aliquod aliud cōtra charitatē. vnde dicit Nicolaus de lyra super Matt. ℣ loquitur in casu illo: in quo ex resistentia surgeret mains malum: tunc enim debet habere animum preparatum ad sustinendum malum sibi illatū: ℣ ex resistentia sua mains malum & mains scādalum suscitaret [& qui angariauerit &c.]. i. cōpulerit, vel coegerit ire cū eo. [vade] id est sis paratus in aio ire cum eo: si necessariū fuerit. bugu. dicit Nicolaus de lyra ℣ in casu vbi non occurrit tale malū ex resistentia sic sustinere nō est necessitatis, sed aliquādo supererogationis, & in aliquo esset malū sicut in ꝓdictis est determinatū. [non vos defendentes] ad Ro. ix. i. nō satis referiētes aduersarios: defensionē omnē nō videtur vetare apostolus: scilicet illam que sit cū moderamine inculpate tutele, sed illam, que excedit, & pcedit ex ira. vnde sequitur [date locum ire.] vindicte, & declinate illam: ne vos inundat & attrahat ad percutiendū: hāc expositionē facit beatus Ambrosius supra. xj. q. iij. ira sepe. bu. archi. vel [ire ferientes] quasi diceret fugite aduersarium: unum fuerit ira tus [repellere] hoc est dicere: non debemus iniuriam illatā repellere, sed patiēter sustinere [plusq̄. xij. milia legiones angelorū] & legio autē vna cōtinet ser milia & centos & seraginta sex. [legitur] scilicet in legenda sua. bug. [iniqui iudicis] scilicet egee. bu. [item cum in prouerbijs dicatur] nō est ibi. vnde falsa est litera, vt dicit bug. sed in cantico Moysi habetur Deut. xxxij. vbi dicitur: mea est vltio, & ego retribuā [mihi vindictam]. i. seruani. [et ego retribuā]. i. vindicabo. & ita qui hoc nō facit, peccat mortaliter: & loquitur de occultis & incertis & dubijs & est ꝓceptū quorū vindicta ad deū pertinet. vt dist. xxxij. erubescāt. & vj. q. j. si omnia. de alijs scilicet certis & manifestis consiliū est ad erbortationē patientie [dicatur] scilicet Mat. xiij. [Nolite iudicare] de occultis, & incertis, & dubijs [& nō iudicabimini] a deo, qui de tali iudicio cōdēnabit. [item cū pfa. &c. matt.] xiij. i. deus [seruis]. i. prelatis ecclesiasticis [volentibus colligere]. i. per excōmunicationē separare ab ecclesia sine remouere [zizania]. i. malos occultos, qui sunt in ecclesia: quorum communionem vitare nō possumus: quia eorū crimina sunt occulta. & ideo [a tritico]. i. a bonis separari non possunt in hac vita. vt. xj. q. iij. nolite. [vtraq̄; scz tritici. & zizaniam] boc est bonos et malos [crescere]. i. simul manere [vsque ad messem] id est vsq̄ ad diem iudicij: & tunc in die iudicij dicam [in fasciculos] non in vnum fascē: quia pro mensura & modo criminis quisq; punietur. bug. & Archid. [item cum rex ille] scilicet deus pater [nuptias filio suo.] Matth. xxij. in vtero virginis naturam humanam addidit sive vniuit verbo: quia tunc facta est inter christum et ecclesiam copula coniugalis quam longe ante precesserat copula animorum. bug. [angelorū] per quos: & cum quibus iudicium exercebit. bug. [perditurus] id est puniturus in inferno. bug. [ad nuptias] id est ad fidem christi. bug. [item cum Paulus] ad Rom. xiij. [indicare.] de occultis & incertis, & dubijs: et opinione, & suspicione. bug. [item tu qui es.] hec autoritas est. S. expōsita. & q. j. multi. bug. Hec autem autoritates nihil facit ad propositum: quia loquitur de eo cuius crimen est occultū, quod est dei iudicio relinquendum. Sive ergo viuimus vita cōmuni: sive moriamur temporaliter [domini sumus] id est sub iudicio domini, id est a domino iudicandi. [christus mortuus est & resurrexit [vt dominetur &c.] vnde Act. x. dicitur hic est q̄ cōstitutus est a deo iudex viuorū & mortuorū: dicitur autem [vt qui] iudiciaria potestas christi non tantū est debita christe, vt

sto, vt dicit sanctus Thomas in tertia parte & propter diuinam personam & propter charitatis dignitatem. et propter plenitudinem gratie babitualis, sed etiam ex merito debetur sibi: vt scilicet secundum dei iustitiam inder esset, qui pro dei iustitia pugnauit, & vixit, & iniuste iudicatus est. vnde ipse dicit Apocalypsis. iij. Ego vixi, & sedi in throno patris mei in throno autem intelligitur iudiciaria potestas, secundum illud ps. Sedet super thronum et iudicat iustitiā. [Tum ergo] concludit ex predictis more disputantis pro illa parte ℣ militare sit peccatum.
Exponit li teram. Diuisio. Exponit li teram. Ric. de lyra. Augustio. Aler. de bal. Augustio. Aler. de bal. Diuisio. Archid.

Nisi bella. Ad idem sequitur hoc cap. quod est beati Gregorij secundū quosdam, sed melius dicitur, ℣ hoc sit adamantij super Josue. ca. xj. Summa est in rubrio. Et potest diuidi in duas partes. in prima parte ponit ℣ historias bellorum antiquorum non legit ecclesia: vt per ea instruatur in bellis corporalibus: quomodo agendum sit, a quibus abstinere debet, sed vt instruatur pugnare spiritualiter cōtra diabolum, & vitia. in secunda ostendit autoritate christi, & apostoli, ℣ abstinere debeat a corporalibus bellis secūda ibi: quomodo enim eos. Lege. ¶ [Nisi bella. &c. ista] scilicet iudaica, que leguntur in ecclesia: de quibus loquebatur maxime liber Josue: quē pre manibus habebat exponendum. [carnalia] id est corporalia. [figuram] non est dubium, quin bella et alia in lege, scripta figura sint et significatio spiritualium: dicit enim apostolus ad Rom. xv. Quecunq; scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt: vt per patientiam & consolationem scripturarū spem habeamus. & prima ad Cor. x. hec omnia in figura contingebāt illis [discipulis christi fuissent traditi. Quomodo] secūda pars. i. ad quid aliud: nisi vt per ea instruamur in bellis spiritualibus: nō autem in corporalibus: cum corporalia non liceat geri. vnde sequitur [quibus &c. pacem.] Joannis. xiiij. dominus enim voluit omnes suos habere pacem. Sed hic nota quod hoc argumentum modicum valet. Tum primo quia secundum Alexandrum de balis in tertio quia per discipulos christi non intelligit generaliter omnes christianos, sed viros ecclesiasticos: quibus interdicta sunt bella et arma. Tum secundo quia consequentia illa non valet: bella illa corporalia fuerūt figura spiritualium bellorum. ergo nō possunt geri: nunc etiā bella iusta corporalia, attento ℣ malignitas aliquorum non nisi bellis domari potest. vt per illa par habeatur. vnde sicut illi patres antiqui bella gesserunt iusta sine peccato: ita et in necessitate gerere possumus: par enim debet esse voluntatis: bellum vero tantum necessitatis [per apostolū.] inducit apostolum ad Rom. xij. nō vosmetipsos vendicantes sive defendentes [percipite] id est parati estote. [recipere iniuriam] id est apertam violentiam. bug. si necessarium fuerit [fraudem] occultam [patimini] id est patienter sufferte, vel in animo parati estote sufferre. [sciens, apostol⁹, iam vltra bella &c.] scilicet clericis vt exponit Alexander, vel etiam omnibus christianis: qui non debēt carnalia bella gerere nisi ex causa iusta, et necessaria, et auctoritate maioris. bug. nec etiam apostolus prohibet simpliciter bella sive iudicia: nisi iudicia apud infideles fienda, vel nisi ex decep tione aut inuidia & fallacia vel rancore, sed nō prohibet vera recta & iusta iudicia: cum dicat, non est inter vos sapiens quisquā: qui possit iudicare inter fratrem & fratrē. sed frater cum fratre cōtendit in iudicio: & hoc apud oēs infideles [inducit] ad Ephe. vj. hoc tatur apostolus maxime vt armis spiritualibus armemur magis: ℣ carnalibus, non negat tamen carnalia arma, & bella, vbi opus est [armatura dei]. i. virtutes. [firmi] aduersus insidias diaboli, qui ex occulto molitur mala nobis: habet enim mille modos nocendi. xvj. q. iij. c. j.

His. §. est, in quo Gratianus ponit quandam responsionem ad omnes illas autoritates inductas que patientiam nos debere habere demonstrant: & que per consequens prohibent ad vindictam aut ad defensionem, aut ad resistendum malo procedere. responsio ista est, ℣ omnia illa precepta: scilicet si quis te percusserit in vna maxilla &c. & illud de ablatione pallij & tunice, & illud de compulsione eundi per duo miliaria, & similia, que videntur a vindictis & bellis homines prohibere, & ad patientiam arctare: sunt intelligenda secundū preparationem animi, non quo ad executionem operis. Et hanc responsionem probat per. c. sequens.

1 ✠ Under debet ferre sententiam sedendo non stando.

Peratus. Hoc capitulū est Augustini in lib. de verbis domini in monte. Summa est in rubrio. Et potest diuidi in ser partes. in prima ostendit ratione, ℣ precepta illa patientie quale est illud: si quis te percusserit in vnam maxillam &c. consistant in preparatione animi: non autem corporis. in secunda idem ostendit exemplo christi. in tertia exemplo apostoli. in quarta ostendit, quod sicut erga iniuriantes ita erga illos quos punimus sine corrigimus fernanda est in animo benevolētia, & vilectio: ita vt correctio ipsa fiat ex dilectione. in quinta dicit idem de bellis gerendis, ℣ cum tali patientia et benevolentia bella debent geri. in ferta concludit non omne bellum esse illicitum, sed aliquod esse licitum, quod probat autoritate beati Joan. secunda ibi, binc liquido ostenditur. tertia ibi, nec Paulus. quarta ibi, agenda. quinta ibi, ac per hoc. ferta ibi. Nam si christiana. Lege. ¶ [Paratus est animo] interius, sed extra non debet dicto vel facto aliis dare occasionem peccandi: vt illi amplius peccent, & ipse ob hoc malus efficiatur, quod fit cum eis dat occasionem plus eum ledendi. bugu. [homo iustus] quantum ad proximum, & pius quo ad se. [malitiam] id est aliquam iniuriam: quam ei inferunt dictis vel factis querit fieri bonus cessando et penitendo de tali iniuria. Sepe enim inimicus dum videt iniuriatum patienter pati: quicquid mali fecit sibi verecundatur, & penitet de iniuria sibi facta, & satisfacit ei, & efficitur bonus: & sic crescit numerus bonorum. Econtra si iniuriatur in patientia motus reiniuriatur iniuriantj, vel dat ei occasionem vt ille amplius iniurietur: vtputa si ei percutienti prebet alterā partem, vel ei minatur: si ille amplius percuteret, peccat, & efficitur malꝰ: & sic addit se numero malorum. bug. & hoc est quod sequitur: [vt numerus bonorum potius crescat quā decrescat non vt pari] id est pariter malitia. &c. [denicq; prebete patienter] scilicet prebe ei alteram & similia [cordis] vt scilicet in animo sit quis paratus: cum opus fuerit, aut necessarium pro vitando maiori malo sustinere etiam percussionem in altera maxilla [quam ad opus quod in aperto] id est exterius quantum ad preparationem: sine executionem operis [vt teneatur benevolentia] id est dilectio. Non enim sufficit patientia si non teneatur in animo dilectio erga iniuriantes vt emendentur. vnde Matt. v. inquit dominus: diligite inimicos vestros. benefacite his, qui oderunt vos. [in manifesto autem prodesse] quod dicit: quia quandoque aliter est agendum propter commune bonum: etiam illorum, cum quibus pugnatur. vt dicit sanct⁹ Tho. & Nicolaus de lyra, super lucā: vtputa in casu, in quo ex permissione nutriretur recipiens in malitia sua: imo in tali casu non esset bonū sustinere: nisi propter scandalum vel aliquod maius malum euitādum. [Hinc liquide] secunda pars. probat quod dixit ex ꝓplo domini huic scilicet ex eo quod sequitur scilicet ℣ ipse dominus &c. [preceptum suum] illud scilicet si quis percusserit &c. [impleuit] ad literam actu exteriori [nec enim prebuit] ad literam actu exteriori. bugu. [paratus] scilicet in animo. bug. [pro quibus] qui scilicet zelū dei habentes, sed non secundum scientiam nesciebat: nec credebant illum esse messiam, arbitrantes se prestare obsequium deo, sed pro illis qui sciebant illum esse messiam, et per inuidiam illum negauerunt & occiderunt: non oranit. bug. Ista est etiam sententia magistri Nicolai de lyra super Lucā cap. xxiij. vbi sic ait super idem verbum. Erāt ibi aliqui simplices & illiterati a sacerdotibus iudeorum decepti: qui perseq̄bantur christū zelo legis, & pro istis oranit christus. Alij autem erant literati, qui ipsum esse christum probabiliter nouerunt: sen cognoscere debuerant, sed ex odio & inuidia fuerūt execati: & christum persecuti sunt vsq; ad mortem, & pro illis non oranit. Hec ille. [Nec Paulus] tertia probat idē exemplo Pauli [preceptum domini] scilicet si quis te percusserit &c. [impleuisse] ad literam [dixit principi &c.] qui mandauerat eum percuti. Actuum. xxiij. [percutiat te] id est desinat te, vel vindicabit in te, & est prophetia non maledictio. [paries dealbate] id est hypocrita: quia videris esse religiosus, quod non es [sedes me iudicare] id est sedes vt me iudices, & a bene dicit sedes: quia ✠ iudex sedendo⁹ non stando debet ferre sententiam: alias non valet. C. de postu. quisquis. Et contra legem que dicitur contra innocentem & iustum nō oppimes [irridens eos admonere] id est interpretari [quod dixerit] scilicet ℣ vocauerit eum parietem dealbatū, id est hypocritam: quia princeps ille non erat iudeorum: quia sacerdotium iudeorum iam destructum erat. Adueniente christo vero sacerdote. vnde vt idem ait apostolus ad Hebreos. cum translatione legis necesse fuit transferre sacerdotium. & hoc est quod dicit vt qui saperent &c. [destruendum] de facto. Nam iure iam destructum erat superueniente christi sacerdotio. [parietem dealbatum] id est ipsum sacerdotiū iudeorum, & hoc est quod sequitur [hoc est hypocrisim iudeorum] quia proueteri lege & ficta superficie comparatur hypocrite.

1 a ¶ Under sedendo. Addbal. in l. j. C. de senten. ex peri. recitan. Bar. & doct. in. ij. C. e. tit. Jac. Butr. in l. qsqs. C. de postu. Et in aut. de indi. ℣. sedebunt. Jo. And. in c. fi. de re. iuris. lib. vj.

vel propter ipsos sacerdotes: indeorum hypocritas. [nesciui fratres quia princeps est] mystice loquitur se illum nescire: non secundum literam: quoniam scio illum a deo reprobatū ⁊ in proximo destruendū. Et ideo dico nescini: quia non erat apud eum duraturus principatus, seu vt melius dicatur carebat vero sacerdotio illum solum scies esse principem sacerdotū: qui est pontifex sacerdos secundum ordinem ℣melchisedech. ad Hebre. v. Nam si scirem eum principem esse verū: reus essem eius quod scriptum est Exo. xxii. ⁊ Actuum. xxiii. [principi populi tui ⁊c.] Et ꝙ ita sit ꝙ secūdum literam nō ignorauerat eum esse principem, sed quod mystice modo prędicto loqueretur. Et ita nō mentiebatur sequitur tamen [proculdubio ⁊c. sunt ergo ⁊c.] concludit ex dictis [malum pro malo ad Rom. xi. sed id fiat quod possit prodesse iniurianti. bug. sicut supradiximus. [agēda sunt] quarta pars. vbi ostendit quod sicut patientia cum benevolentia est in animo seruanda erga iniuriantes. Similiter etiam circa illos quos punimus, vel aliqua disciplina castigamus, vel bello molestamus: scilicet vt animo simus parati ab eis perferre cōsimilia, vel maiora, si opus fuerit: ⁊ vt hoc faciamus eis ex dilectione scilicet vt corrigātur ⁊ emendentur. vt. j. e. questio. iiii. ea vindicta: nec est desistendum, ⁊ si illi dolere de tali disciplina videantur [cum inuitis.] multi enim sepe ad bona cogūtur inuiti. vt distin. xlv. ⁊ qui emendat. ⁊ j. e. questio. iiii. displicet. et q. vi. iam vero. bug. [quadam benigna asperitate] ad officiū enim charitatis pertinet alios cum benigna asperitate corrigere dum oportet exemplo Samaritani: vt vulneribus sanciati infundatur cum oleo passionis vinum correctiōis [plectendis] id est percutiendis [amittitur] id est perditur. vt. s. v. questio. v. non omnis. ⁊ c. non osculatur. cum alijs. bugn. [nolit] scilicet malus [ac si per hoc] quinta pars. si terrena ista publica] id est rectorū rei publice. bug. [custodiat] quod pro tanto dicit: quia non semper geruntur bella huiusmodi: vt dicunt Lauren. ⁊ archid. [sed vt] supple. ideo geruntur. archi. [consulatur. Nam cui licentia] id est facultas iniquitatis committende supra. xxi. questio. ii. placuit [eripitur] id est auferetur. [vtilius est ⁊c. quoniam ⁊c.] vnde Boetius. ℣dulto infeliciores sunt mali iniusta impunitate donati: quam iusta vltione puniti. Et ideo melius est talibus vinci, quam non vinci. bugu. [penalis] id est digna pena, vel penam inferens vel puniri digna. [Nam si christiana]. vj. pars [in euangelio] Luce. iii. alia patent.

Laurentius Archid.

Hugutio.

1 ☞ ℣Militare aliquando est sine peccato.
2 ℣Dachabei laudant ꝙ ꝙ lege ⁊ sacris viriliter pugnauerūt.
3 Bellandum non est omni tempore.

Diuisio. 1 **Mi estimare.** Ad idē sequitur hoc c. quod est Augustini ad bonifacium comitem. Summa est in rubro, vel sic, † ꝙ militare quandoq; est sine peccato. Et potest diuidi in. iiii. partes. in prima reprehendit opinionem dicentium neminem posse placere deo in officio militari sine bellandi. Nam dauid et multi alij sancti armis bellicis sunt vsi sine peccato, ⁊ placuerunt. in secunda ostendit ratione, ꝙ in bello nullus debet agere contra deum: cum vires sui corporis susceperit a deo. in. iii. ostendit, ꝙ bellum non debet suscipi: nisi causa necessitatis: vt scilicet pax ⁊ salus acquiratur, vel conseruetur. in. iii. ostendit, ꝙ sicut resistenti bellum infertur: ita victo misericordia debetur: nisi de eius correctione timeatur. ij. ibi, hoc ergo primū. iii. ibi, pacem habere. iiii. ibi, sicut bellatum. Lege ter. ¶ [Noli in his] id est inter bella gerentes [fuit dauid] hic pugnauit contra Goliam. j. Reg. xvii. item precepto domini pugnauit cōtra philisteos. j. Re. xvii. ⁊ multa alia prelia gessit precepto domini. Et nihilominus dauid fidelis et mitis ac sanctus laudatur a domino. ps lxxvii. inueni dauid seruū meum ⁊c. [testimoniam] sibi dominus perhibuit quando dixit inueni virum secūdum cor meū. vt. j. questio. vii. si quis plurium inter bellantes: tempore veteris testamenti multi iusti leguntur: vt Josue, gedeon, ⁊ quāplures sancti reges: de quibus dicitur, ꝙ fecerunt quod rectum erat coram domino, † et sancti ℣dachabei in hoc laudantur, ꝙ pro lege et sacris viriliter pugnauerunt. vt. habet hystoria ℣dachabeorum [centurio] de quo ℣dan. viii. [boc igitur primum]. ij. pars: [contra dominum] eo vtēdo etiam in bello. Et ponit exemplum de seruanda treuga arguendo. Si hostis est seruanda fides cōtra quem pugnatur: multomagis amico, pro quo pugnatur: quasi diceret, non enim actione tue virtutis sine roboris debet frangere treugam factam etiam cum hoste. vnde sequitur [fides] id est treuga, ⁊ cōstantia pacti. bug. [quando promittitur] pro bono ⁊ licito: alias non esset seruanda. vt. xvii. questio. iii. in malis. et. c. innocēs. ⁊ ipse hostis seruat nobis fidem: alias non tenemur ei seruare. xxviii. questio. ii. si infidelis. [Quanto magis amico ⁊c. pacem.] tertia pars. [necessitatis] † sine qua omni tempore cessandum est a bello, sed ea instante omni tempore licite fit bellum. j. e. questio. viii. nulli. bug. [gerit] id est eo animo debet geri. bug. [pacificus] id est pacem desyderās. [ait dominus] ℣dan. v. ℣ dulcis] id est deo placens. bug. [diuina] id est spiritualis [⁊ interior angelorum] id est, qualem habent angeli [sicut bellanti]. iiii. pars. [victoriis] ablatiui casus [capto] scilicet aduersario: contra quem fit bellum [misericordia debetur marime] id est tantum [nō timetur. Nam si timeretur ⁊ desperaretur de eius correctione: non est ei miserendum, vt j. e. q. iii. est iniusta, ⁊. q. v. prodest.

2 Bellum non debet inferri inconsulto principe.
3 Bellum ex pluribus causis potest esse licitum.
4 Vasalli non tenētur obedire domino excommunicato in excommunicatione permanenti.

Hugutio. 3 ☞ Bellum quare geratur.

Quid culpatur. Ad idem est hoc. c. ꝙ est augustini. xxi. contra Faustū. c. lxxiii. Summa reprehendit manicheos, qui bella inculpabant: ꝙ ibi cōtingebat homines mori. Et diuiditur in. iii. partes. in prima ostendit ꝙ bellum non debet culpari: quia ibi mouentur homines, sed est culpandum, si fiat mala intentione, ⁊ ex iniusta causa: scilicet animo nocendi. vel dominandi, vel crudelitatem ⁊ huiusmodi exercendi. in. ii. ostendit, ꝙ sepe bellū sumitur ex inspiratione diuina, vel precepto principis propter mala puniēda, ⁊ tale bellum est licitū, ꝙ probat tam autoritate christi: ꝙ beati Jo. baptiste. in. iii. parte ostēdit, ꝙ autoritas suscipiendi belli sic penes principes consistit. in. iii. ostēdit ꝙ sub principe malo: etiā in bello illicito homo iustus potest bellare: sine peccato de precepto illius: dummodo mē non sit illud ꝙ precipitur contra deum, vel saltem sit dubiū, an sit vel nō sit contra deum. ij. ibi, sine deo sine alio. iii. ibi, ordo autē ille. iiii. ibi, si humana. Lege. ¶ [Quid culpatur dicebant manichei heretici, ꝙ bellare erat mortale peccatū: quia ibi moriuntur homines, contra quos loquitur hic beatus Augusti. quādoq; morituri] etiam si nullum bellum fierer. Statutum est enim hominibus semel mori. ad Hebre. ix. ⁊ ad Ro. v. per vnum intrauit mors in omnes [in pace.] † Ad hoc enim bellum geritur, vt par habeatur: vt dicit August. s. habetur in preceden ti. c. noli. Et idem dicit Tullius lib. de officiis. c. v. bella suscipēda sunt ob causam: vt in pace vinatur sine iniuria. [cumidorum]. i. superborum [vel timidorum]. i. vitiosum: non fortium, non virtuosorū: nec religiosorum, sed eorū qui et legis dei, ⁊ sanctorum actibus aduersantur, prosequitur ea, que in bello sunt culpanda que sunt quinq; primū est [nocendi cupiditas] qui enim bellat: principalius vt proximo noceat: et non vt prosit, ⁊ ad pacem reducat: talis merito reprehenditur agēs cōtra charitatē. vnde militibus Joannes Luce. iii. ait. Neminē concutiatis. secūdū est [vlciscendi crudelitas]. i. crudelis ⁊ vitiosa libido se vindicandi: talis merito culpatur qz intendit potius vindictā, ꝙ emendam, seu pacem. Ezech. xxv. pro eo quod fecit vltionē, vt se vindicaret peccauit delinquens. tertium est implacabilitas cum ait [implacatus.] merito enim inculpatur impacatus: quia dum bella gerit, pre ira senit: nec iustū videt sic turbatus: nec clementie māsuetudinem nouit. vnde impacatus animus fini belli qui est pax: inimicatur. iiii. est [feritas bellādi] ferus enim animus absq; ratione nō prenidet pericula. Et ita superbe rebellare cōtendit: hoc peccato punitus ad mortē fuit absalon, qui incredibili feritate regi dauid patri suo rebellauit cum armis in bello. ij. Re. xv. quintū est [libido dominandi] hac libidine mot⁹ Alexander aliena regna expugnās occupauit: de quo habet j. ℣dachabeorū. j. hec autē ⁊ quecūq; alia similia in bello culpantur, sed bella que iuste ⁊ virtuose gerūtur non culpātur [sine deo.] secunda pars. [deo iubente] per diuinam inspirationē. j. e. q. v. si nō licet [imperio]. i. imperatore, vel alia persona legitima iurisdictionē indicēdi bellū habēte [ab omnibus militibus bonis ordine]. i. statu, dispositione, et gradu [iubere. si sint principes, vel alia persona, que habeat potestatē indicendi bellum. bug. † quia inconsulto principe armorum vsus nō conceditur. C. vt armorū vsus. l. j. Archidiaconus. [obedire] si sint subiecti: qui in suscipiendo bello tenentur obedire suis maiorib⁹ [. vt ipse ordo] in quo sunt: in alio ordine

Diuisio.

Exponit literam.

Tullius.

Archid.

ordine sunt qui bellum debent indicere, et in alio qui in suscipiendo bellum tenentur obedire. vnde dicit testimonium Jo. Luce. iii. [neminem ⁊c.] s. e. paratus. [⁊ christus.] inducit testimonium christi. [tributa.] ℣datth. xxii. [ordo]. iii. pars. [naturalis] id est ductu rationis institutus, vel naturalis, id est secundum cursum consuetum rerum mundanarum obseruari in bellis, paci accommodatus: quia pro pace acquirenda vel conseruāda debet fieri bellum. [poscit] id est petit. [penes principes] id est imperatores, ⁊ reges, ⁊ alios principes, qui ab imperatore vel rege habent potestatem indicendi bellum. hug. vtrum autem papa habeat potestatem indicēdi bellum. j. videbitur. ea. q. viij. igitur [si humana.] non diuina. Hugu.

Hugutio.

3 Nota † quod bellum potest esse licitum ex causa: quia ille contra quem queritur est dignus fatigari: et idem bellum potest esse licitum ex animo inferentis: puta, si faciat illud ex cupiditate, vel libidine dominādi, ⁊ huiusmodi. Et in tali bello illicito ex parte inferentis potest iuste bellare vir iustus sub inquo rege suo: secundum tamen modum qui sequitur [si quod sibi iubetur ⁊c.] sed si bellum omnino est iniustū nullus subditus tunc tenetur obedire domino suo precipienti in tali bello pugnare. vt. xi. q. iij. qui resistit. ⁊. c. Julianus. hugu. [potestatem] id est prelationem. hugu. [iubente] id est approbante si bona est. vij. q. j. suggestum. ⁊. viij. q. j. si ergo. archid. [finēte] id est, permittente si malus est, permittit enim deus regnare propter peccata populi. [sacrilego.] † non tamen excommunicato: quia tunc non tenetur ei obedire, quādiu in excommunicatione persistit imo iure videtur absolutus ab eius fidelitate. extra de penis. grauem. ⁊. xv. q. vj. iuratos milites. [militet] in bello licito. [saltem] ex causa. vnde sequitur [si vice] id est causa pacis [seruans ordinem] bellandi: quasi diceret si causa pacis acquirende, vel conseruande bellet tunc [quod si iubetur. ⁊c.] dato quod apud regem sit iniquitas in imperando: quia animo imperat.

Archid. 1

4

1 ☞ Hostes an liceat depredari in bello iusto.
2 Hastiari quid dicatur.

Diuisio. **Militare.** Ad idem est hoc. c. quod est eiusdē augustini de verbis domini. Summa est in rubro. Et potest diuidi hoc capitulum in quatuor partes. in prima ostendit quod militare quandoq; est peccatum ⁊ quandoq; non. in. ij. ostendit, quod militibus stipendia sunt constituta. in. iij. probat, quod militare quandoque non sit peccatum autoritate christi et beati Joannis. in. iii. ostendit, ꝙ nomine militie intelligitur exercitium cuiuslibet. ij. ibi, propter eam causam. iii. ibi, item dominus. iiii. ibi, sic autem. Lege text. ¶ [℣dilitare.] sic3 quoddam: cum scilicet militatur ex iusta causa, vt causa acquirendi pacem peccatum autē est militare cum principaliter fit ex auaritia causa depredandi ⁊ concutiendi proximum propter predam. Surgit hic questio. † vtrū liceat in iusto bello depredari hostes. Et videtur, quod non ex presenti text. ¶ In oppositum videtur. j. e. q. viij. ⁊ prīdem, ⁊ distinc. lxi. quid prodest. Respondetur iuxta hug. quod in hoc versicu. non remouent depredationem hostium, sed dicit quod hac intentione, ⁊ hac causa non militandum. [propterea enim]. ij. pars. Non enim preda debet esse causa militandi. sed pax, ⁊ quies ecclesie [nec ratio. p.] vt potestariam aut regimen aliquod [gerere] id est administrare, recte ⁊ iuste. hug. [ratio] id est hac de causa, hac intentione: hoc animo [sumptus] necessarius [queritur] a milite, ex quo stipendium non est ei constitutum [crassetur] id est impinguetur rapiendo ⁊ spoliando homines. hu.

Exponit literam.

Questio. 1 Opponit et Respondet.

Hugutio. 2

Augustin.

† Hastiari enim est crudeliter agere, insprobe in alios seuire: alia inuadere, vt in hoc cap. [item dominus]. iij. pars [reddite.] ℣datth. xxii. deo decimas, primitias victimas. [⁊ latriam] id est cultum soli deo debitum [⁊ que sunt cesari. ⁊c.] id est tributum, penam debitam, seruitutem homini debitam. hu. dicit enim super hoc versic. Augustinus, ad hoc enim tributa prestantur: vt propter bella necessaria stipendium militi prebeatur [ferēdum est] licet quod dominus preceperit subiecto videatur onerosum: vt distin. xix. in memoriam. [exactores] id est milites, qui non sunt contenti suis stipendijs iniuste, et per violentiam exigunt, ex torquent ab alijs, ⁊ bellum quod poterat esse licitum ex auaritia fit illicitum. [item recte rogauerūt.] Luce. iij. [quid faciemus] vt scilicet in officio nostro: scilicet militie, possimus saluari. hug. [neminem cōcutiatis] id est aliquem non grauetis vltra debitum [exigendo, calumniam] id est nec calumniose crimen imponendo: vt auferatis ex torto: que atis. lxxxvi. distinc. non satis. hug. [stipendijs] vobis assignatis a re publica [sic autem]. iij. pars. [sic autem.]

Causa.

scilicet vt neminē concutiat: nec calumniam faciat. sed sit contentus suo stipendio. hug. [cognoscere se] id est ita suo officio se habere. hu. [qui militat] id est aliquod officium exercet sub alio, vel super interpretationem, ⁊ intellectum qui armata ⁊c. [si quis] siue clericus, siue miles. [militie sue] scilicet sui officij: siue professionis, siue facultatis. hugu. [dignitatis.] id est officij professionis. vnde clerici ratione sui officij dicuntur habere suam militiam, ⁊ militare in suo officio, ⁊ esse christi milites. vt distinct. I. clericum. ⁊ distinctio. liii. c. j. hugu. [militibus.] scilicet officialibus: sicut protectores sunt, ac rectores [quicunq; amplius querit] scilicet per calumniam, vel concussionē, vel alio iniusto modo, ⁊ intelligitur querit cum effectu: scilicet ita quod accipiat. vt. j. questio. viij. sancimus [calumniator.] id est falsus criminator: vt sic aliquid extorqueat. hugu. [concussor.] hic punitur in quadruplum: sicut dictum est distinc. xviij. quoniam quidem. ⁊. j. quest. j. iubemus. hugu. [Joan. sententia] Luce. iii.

1 ☞ Bella licita que dicantur.

Apud veros. Ad idem est hoc. c. augustini de diuersis ecclesie obseruationibus. Summa, † q bella illa sunt licita, que iusta causa fiunt: vt pro pace acquirenda vel conseruāda. breue est. Lege. ¶ [Apud pacata] id est promissa, vel pacata pro pace, ⁊ quiete acquirenda ⁊ conseruanda facta, [que non cupiditate] nocendi, vel dominandi, vel aliena rapiendi aut crudelitate vlciscendi. hug. [vt mali ⁊c.] distinct. iii. facte sunt leges, id est potestates institute ⁊ pene. hug. ⁊. j. e. quest. v. lex. ⁊. c. non frustra. ⁊ in proemio decre. rex pacificus. hug. ⁊ archid.

Exponit literam.

Sanna laus. Ad idem est hoc cap. quod est beati Gregorij in registro. Summa est in rubro. Casus est. Gregorius deputauerat ad custodiam ciuitatis Neapolitane constantinū tribunum: cui milites Neapolitani denote obediērunt. Scribit igitur eis Gregorius, ⁊ commendat eos: de tali obedientia, ⁊ admonet eos, ⁊ exhortatur, vt sicut bene fecerunt, perseuerent in tali obedientia: vt per eorum vigil antiam augmentetur quod alias ⁊ bene gestum est ab eis: ⁊ sic patet quasi tota litera. Lege text. ¶ [Summa. vtiliter] scilicet secundum deum alias non est obediendum. vt. xj. q. iij. non semper [epistolis nostris] id est nostris quas primo eis miserat, vt reciperent eum pro suo custode ⁊ gubernatore. hu. [vri.] pro ut [dominorum imperatorum dominorum] scilicet suorum subditorum, id est principum, qui tunc temporis regnabant in ciuitate Neapolitana. hug.

Casus.

Exponit literam.

Ex omnibus. ℣. est, in quo Gratianus conclusionem propositam dicens, ꝙ militare non est peccatum semper, sed quandoq; est licitum ⁊ bonum: ⁊ quandoq; malum ⁊ illicitum: sicut patet ex dictis supra. secundo respondendo ad argumenta que inducta sunt de preceptis patientie respōdet, quod in preparatione cordis nō in ostentatione corporis obseruandi sunt.

¶ Questio. ij.

Quod autem. Hic intitulatur secunda questio: i qua queritur, quid sit bellum iustum: ⁊ quid iniustum, ad quam respondet per duo sequentia capitula.

1 ☞ Bellum vt sit iustum plura requiruntur.
2 Iniuriam an liceat repellere per aliquod bellum particulare sine licentia principis.
3 Rem iam ablatam vel inuasam an liceat recuperare per bellum per violentiam propria autoritate.
4 Bellum potest esse licitum ex vna parte ⁊ non ex alia.
5 Judex dictus est a iusto.

Iustum bellum. Primum capitulum per quod respondet prefate questioni est hoc, ⁊ est beati Isidori, xviii. lib. etymologiarum. Summa est quid dicatur iustum bellum. Et diuiditur in duas partes. in prima ostendit quid sit iustum bellum. in secunda vnde dicatur iudex. secunda ibi, iudex dictus est. Lege. ¶ [Justum] pro plenior intelligentia huius quod sit iustum bellum. Est notandum iuxta sanctum Tho. in secunda secūde ⁊ Alexandrū

Diuisio.

Exponit literam.

S. T. bonū. Aller. debet.

de halis in.iij. †Ad bellum iustum requiruntur plura.primū est autoritas p̄incipis:cuius mandato bellum est gerendum ⁊ hoc tangitur in hoc.c.cum dicitur.[ex edicto] id est ex autoritate p̄incipis secularis:siue ecclesiastici penes quem consistit autoritas indicendi. Non enim pertinet ad personā p̄natam bellum mouere:quia potest ius suum in iudicio superioris p̄sequi. Similiter etiam quia conuocare multitudinē quod in bellis oportet fieri, non pertinet ad p̄natam personam: cum autem cura rei publice cōmissa sit p̄cipibus,ad eos pertinet rem publicam ciuitatis siue regni vel p̄uincie sibi subdite tueri:⁊ sicut licite defendunt eam materiali gladio cōtra interiores quidem perturbatores:siue domesticos dum malefactores puniunt.secundū illud Rom.v.Non sine causa gladium portat,minister enim dei est in iram ei qui male agit: ita etiam gladio bellico ad eos pertinet rem publicā tueri ab exterioribus hostibus. vnde et p̄cipibus dicitur. Eripite pauperem ⁊ egenum de manu peccatoris liberate. vnde Augustinus contra faustum et habetur.ℭ.e.q.i.c. quid culpatur. ordo naturalis mortalium paci accommodatus hoc poscit: vt suscipiendi belli autoritas atq; consilium penes p̄cipes sit:dicit autem Hulielmus, quod etiam sufficit autoritas inferiorum dignitatum ad defensionem sibi subditorum:quando aliquis alias per iudicem seimuare nō potest. ℭ Circa hoc p̄mum queritur,† vtrum sine p̄cipis autoritate per alios quod particulare bellum liceat iniuriam repellere. Respōdetur quod de iure naturali potest quilibet vim vi repellere:dūtamen incontinēti,⁊ cum moderamine inculpate tutele.id est tutela illa sit moderata,⁊ sine culpa:⁊ nec fit ad sumendā vindictam sed ad iniuriam p̄opulsandam.extra de homic.significasti.circa finem.⁊.j.questio.iij.non inferenda.⁊ cap.vlt. Et quidem si vis sine iniuriā fit in p̄sona:tunc vis potest repelli p̄inquam sit illicita. Nam licitum est occidere insidiantē,⁊ eum qui vult occidere:si aliter nō potest quis euadere manus eius.ff.ad.l.aquil.l.scientiam.§.qui cum aliter. Si autem vis inferatur in rebus:tunc etiam ⁊ illatam ⁊ inferentem licitum est repellere,sed potius illatam dumtamen incontinenti,id est quam cito scit vim illatam p̄inquam diuertat ad aliū actū. extra de resti.spo.olim causam.⁊ in p̄alleg.c.significasti.Ad ista tamen nemo tenetur:imo perfectius esset remittere iuxta illud Matt.v.si quis te percusserit ꝛc. ℭ Secundo queritur, †vtrum per bellum vel violentiam liceat p̄pria autoritate rem iam ablatā vel inuasam recuperare. Respondetur secundum Innocen.⁊ Hostien.q̄ si hoc fiat incontinenti certe licet. Si vero ex interuallo non licet: imo debet adiri iudex raptoris,⁊ eius autoritate recuperari. Nam si quis p̄pria autoritate violenter raperet:⁊ etiam rem suam cadit a iure suo, ⁊ perdit eam:nisi forte non possit per iudicem eam consequi. vt no.dist.j.ius gentium. ℭ Secundum quod requiritur ad iustum bellum ⁊ etiam ex parte indicentis bellum est,q̄ sit recta intentio:siue iustus affectus quo moueatur ad indicendū bellum:vt scilicet sit ad bonum p̄mouendum,malum vitandum,vt non ex odio vel huiusmodi sed p̄opter pacē:p̄opter iustitiam,⁊ charitatem.vt.ℭ.e.questio.j.quid culpatur.⁊ cap. militare.⁊.c.apud. ℭ Tertium quod requiritur ad iustū bellum est,q̄ causa sit iusta,primo ex parte eius contra quem pugnatur:vt scilicet illi qui impugnantur p̄opter aliquam culpam impugnationem ⁊ persecutionem mereātur. vnde Augustinus in lib.questionum.iusta bella solent diffiniri que vlciscuntur iniurias: sic gens vel ciuitas plectenda est, vel que vindicare neglexit quod a suis improbe factum est,vel reddere quod per iniuriam ablatum est.j.e.q.dominus.vnde Inn. dicit.extra de restitu.spo.in.c.olim q̄ vna sola causa legitima belli est contumacia iniuste resistentis. Ecce meritum.secūdo ex parte eius p̄o quo pugnatur:vt scilicet ea causa sit scilicet subleuatio bonorum, ⁊ coerttio malorū:scilicet pax omniū, quod tangit Augustinus.in.c.apud.ℭ.e.questio.j. ℭ Quarto ex parte p̄sone peragentis bellum requiruntur duo: vt dicit Alexander de halis. primum est recta intentio: vt non p̄opter p̄edam ꝛc.ℭ.q.j.militare.nō est delictum sed p̄opter p̄edam peccatum est ꝛc. secundum est debita conditio vt nō sit p̄sona clericalis.vnde.j.e.questio.viij.c.nimirum. secularem militiā exercere ꝛc.terrene potestatis est.⁊ in.c.quicunq; ex clero:dicit concilium Meldense.Quicunq; ex clero videntur esse arma militaria non assumant ꝛc. Existis potestis elicere corollarie,† q̄ aliquādo bellum erit licitum ex vna parte, ⁊ nō ex alia;vt scilicet ex parte inferentis, vt cum ille iuste infert,⁊ non ex parte patientis cum ille non meretur sic pati,sed p̄sumitur ex aliquibus mereri:aliquando econuerso, vt fuit bellum absalon contra patrem suum dauid: ille enim iniuste inferebat,sed iste sic pati meretur.Et similis distinctio potest haberi ex aljs partibus sicut Hugu.deducit.Sed q̄ manifeste hoc videt qui intelligens est,nō p̄osequimur alia membra. [Ex rebus abbatis] manifeste.[repetendis] per superiorem sententiam. Et dic ab illis,a quibus aliter rationem habere non possumus[aut p̄opulsando:um] res nostras ⁊ inuadentium.vel nos impugnantium[iudex.]Secunda pars † dictus est iudex a iusto. vnde philosophus.v.ethicorum.dicit quod iudex est iustitia animata.[disceptet]id est iudicet. [Non est autem iudex]de merito vite vel scilicet bonus:vt no.extra de verbo.signifi.fonus.ver.iudex[si non est in eo iustitia]id est si non reddit vnicuiq; ius suum,vel non exercet officium iudicis.vnde non potest veraciter dici rex qui nescit se regere.ij.q.j.scelus ꝛc.

Augustī.

Hulielmus.

Questio.

2 Respondet.

Scēa ḡstio.

3 Respondet. Innocen.

Augustī.

Innocen.

Alex.de hal.

4

☞ Jnsidiꝰ an liceat vti in bellis.
1 Jnsidie ordinantur ad fallendum homines dupliciter.
2 Bellum geritur iustum duobus modis.

Domine deus noster. Ad idē est hoc.c.quod est Augustini in libro questionum Josue.Summa est,q̄ in bellis iustis licitū est insidiꝰ vti. Et potest diuidi in duas partes. in p̄ima ostendit exemplo Jesu naue, q̄ liceat vti iniusto bello insidiꝰ contra hostes.in secunda ostendit q̄ sit iustum bellum.secunda ibi, iusta autem. ℭ Pro plenior intelligentia huius capituli. Queritur,† vtrū liceat in bellis vti insidiꝰ. Et videtur quod non.Primo sic habetur Deut.xvj.iuste quod iustum est exequeris,sed insidie sunt fraudes quedam ad iustitiam videtur pertinere. ergo iustum bellum non est agendum cum fraude siue insidiꝰ. ℭ Secundo sic:insidie et fraudes fidelitati videntur opponi:cum ergo fides vt dicit Augustinus ad bonifacium etiam hosti seruanda est.ergo non videtur quod contra hostes insidiꝰ sit vtendum. ℭ Tertio dicit nulli hominū est mentiendum,vt dicit Augustinus lib.cōtra mendacium. ergo fraude ⁊ insidiꝰ non est vtendum etiam contra hostes. ℭ Quarto sic.Matt.vij.dicitur que vultis vt faciant vobis homines ⁊ vos facite illis ⁊ hoc observandum est ad omnes p̄ximos:inimici autem sunt p̄ximi.Cum ergo nullus velit sibi insidias parare;videtur q̄ nullus debeat cum insidiꝰ gerere bella. ℭ In oppositum est.c.p̄sens. Respondeo dicendum iuxta sanctum Thom.in.ij.ij.† quod insidie ordinantur ad fallendum homines:dupliciter autem potest falli homo scilicet ex facto, vel dicto alterius:vno modo ex eo.q̄ ei dicitur falsum vel non seruatur p̄omissum. Et de hoc modo fallendi est consilium q̄ hoc modo nullus debet hostes fallere.Tum quia hic modus fallendi est illicitus,vt enim arguebatur in tertio argumento nulli hominum est mentiendum. Tum quia vt dicit Ambrosius lib.de officiꝰ.sunt quedam iura bellorum ⁊ federa:etiam inter ipsos hostes seruāda.Alio modo potest aliquis falli ex dicto, vel facto nostro:q̄ ei p̄positum aut intellectum non aperimus:de isto modo fallendi licitum est in bello insidiꝰ vti:scilicet occultando eis ea, per que voluimus eos impugnare, vel alia nostra p̄opositaꝫpatet conclusio. Tum quia sic vti insidiꝰ in bellis fuit p̄ceptum dei,qui nihil iniuste agit,aut p̄cipit:vt patet Josue.viij.⁊ in litera ponitur. Tum quia hostibus aperire nostra secreta nō tenemur:quia etiam in doctrina sacra multa sunt occultanda maxime infidelibus,ne irrideant secundum illud Matth.v. Nolite sanctum dare canibus. vnde multomagis ea que ad impugnandū inimicos paramus sunt eis occultanda. vnde inter cetera documenta artis militaris hoc p̄cipue ponitur de occultandis consiliꝰ ne ad hostes perueniāt. hoc patet vt dicit sanctus Thom̄.in li.stratagematum Francorū. Et talis occultatio pertinet ad rationem insidiarum:quibus licitū est vti in bellis iustis. ℭ Ad rationes in oppositum dicēdum est.Ad primam respondetur,primo quod huiusmodi insidie p̄prie non dicuntur fraudes.secundo q̄ insidiꝰ vti in bello iusto non est pugnare iniuste,sed pugnare fraude:hoc est animo fraudulento,id est amore iniquitatis et iniuste pugnare. ℭ Ad secundam respondetur quod fides est seruanda quando p̄mittitur. Et hoc est quod dicit Augustinus. Omnis fraus contra p̄missionem factā hosti est illicita. ℭ Ad tertiam patet responsio ex dictis:quoniam sic in bello vtēdo insidiꝰ vt dictum est non est mentiri alicui. ℭ Ad quartam respondetur quod sic vti insidiꝰ non repugnat ordinate voluntati. Esset enim inordinata voluntas: vt dicit sanctus Tho. si aliquis vellet nihil sibi ab aljs occultari. Et hoc de ista questione. Lege. ℭ [Dominus iesu naue]idē ⁊ Josue dictus est hyg.[iubet] Josue,viij.[insidias hostibus] qui erat in hayn [hinc

Diuisio.

Questio.

Primū arg.

Scām arg.

Tertiū argu.

Quartū ar.

Opponit et Respondet.

Ambrosius.

S. Thom̄.

Ad primum argum.

Ad secūdū.

Ad tertium.

Ad quartū.

Exponit literam.

[hinc ꝛc.]id est ex p̄cepto domini facto Josue.hyg.[hoc] id est insidias ponere [fas est] non enim licet omnibus bella gerere:quia non clericis.distinctio.l.clericum. ⁊.j.eo.questio.viij.clerici.⁊ cap.quicunq;.hugu. [an ex insidiꝰ nihil ad iustitiam patet]quia alias deus qui nihil iniuste agit:non p̄cepisset insidias ponere.[diffiniri]id est dici. [vlciscūtur ꝛc.] autoritate p̄incipis habentis autoritatem indicendi bellum [sit]scilicet per bella[plectenda] id est punienda,vel plectenda,id est impetenda q̄ deus imperat.† Nota hic iuxta hugu. quod duobus modis iustum bellum geritur,p̄cepto scilicet ⁊ permissione,p̄cepto autem dupliciter:scilicet diuino ⁊ humano,diuino vt hic.⁊.j.e.questio.v.si non licet.humano p̄cepto dupliciter:scilicet p̄incipis secularis.vt.ℭ.cap.p̄ozi.et questio.j.quid culpatur,⁊ p̄incipis ecclesiastici:vt.j.e.questio.viij.igitur omni tempore[permissione]id est autoritate legis secularis,⁊ legis canonice: vtraq; enim permittit licite bellū fieri ob tutelam p̄opriū corporis. Quod enim quis facit ob tutelam sui corporis:iure facere estimatur.ff.de iusti.⁊ iure.l. vt vim.hug.[fieri]debeat hac ratione sine peccato:iudei spoliauerunt egyptios de p̄cepto domini.vt.xiiij.questio.v.dixit minister,id est executor.vt.xv.questione prima.nec is.et.j. quest.v.remittuntur.hugu.

2 3

Augustī.

Questio.

1 Opponit in contrarium.

Scēa op.

Respondet.

Prima conclusio.

Cum ergo. ℭ.est.in quo magister Gratianꝰ,ostendit quod iustum bellum dicatur dupliciter:scilicet aut quia a deo imperatur,aut quia autoritate p̄incipis eo iniurie vlciscuntur:querit quomodo a filijs israel iusta bella gerebantur,ad quam questionem respondet per capitulum sequens.

Notandum. Hoc.c.est beati Augustini lib.de questionibus super librum numeri.questio.xliij. Summa est in rubro. Breue est. Lege. ℭ [Notandum cōtra amoreos]hic tangitur historia que tangitur in lib.numerorum,q̄ filij israel miserūt nuntios suos ad regem Seon regem amoreorum:vt eis transitum per patriam suam concederet, quod noluit:imo cum exercitu suo egressus est eis obuiam in deserto, et pugnauit cum eis, ⁊ victus est ab eis et occisus. [innocuus]id est sine damno,⁊ detrimento.[negabatur]filijs israel ab amoreis transitus per viam publicam:qua nemovti p̄hibetur: licet enim transire per agrum alienum: ius tamen non est.sic.ℭ.distinctio.j.cap.ij.ℭ.sic prohibitum:vbi ager debet seruitutem tamē quia transitus est erat necessarius ⁊ p̄cepto eius:cuius est terra ⁊ plenitudo eius p̄ohiberi non debuit.Sic ergo iusta bella fecerunt filij israel contra amoreos: quia eis ingressum siue transitum per viam publicam denegabant:hoc tamen ad iustum bellum gerendum non sufficiebat: nisi quia habeat potestatem indicendi bellum,vel licentiam ab illo,qui talem habet potestatem:filij autem israel hoc fecerunt p̄cepto domini:sicut dictum est[patere] omnibus innocie transeuntibus.hu.

Exponit literam.

1 2 3

Augustī.

Innocen.

Alex.de hal.

4

Secūda conclusio.

Tertia conclusio.

Alex.de hal.

Laurentius. Archid.

Quarta conclusio.

Ps.vij.b.

Exponit literam.

1 2 3

Secūda con clusio.

Tertia conclusio.

Alex.de hal.

Laurentius. Archid.

Quarta con clusio.

Ps.vij.b.

Exponit lite ram.

Ad primum sic proceditur. † Et videtur q̃ gradus cõsanguinitatis supradictos ecclesia nõ potuerit tarare sicut fecit de septimo gradu quondam, z nunc de quarto. ℙrimo sic. Cum enim deus non ꝑhibuerit a matrimonio: nisi. xij. personas. Leu. xviij. que omnes vel sunt trucus: vel in ꝓrio vel in scõo gradu. vnde venit tanta audacia ecclesie: ꝙ super hoc ꝓhibere audeat q̃q̃ vsq̃ ad octauum gradũ exclusiue: vel nunc vsq̃ ad quartũ. cũ isti que sunt in tertio gradu ꝑm legẽ dei sint ꝓne illegittime. ¶ Secũdo sic. matrimoniũ est sacramentũ: sicut z baptismus. ꝫ nõ posset ex statuto ecclesie fieri: ꝙ ille qui ad baptismũ accedit: nõ reciperet caracterẽ baptismalem: si ex iure diuino ei℘ capax sit. ergo nec ecclie statutũ facere põt: ꝙ matrimoniũ non sit inter illos: qui ꝑ ius diuinũ matrimonialiter coiungi nõ ꝓhibẽtur. ¶ Tertio sic. ius positiuũ nõ põt ea que sunt naturalia remouere: vel ampliare. sed cõsanguinitas est naturale vinculũ: quod q̃tũ est de se natũ est impedire matrimoniũ ergo eccl'a nõ põt aliquo statuto facere: ꝙ aliqui possint matrimonialiter ℨiungi: vel nõ ℨiungi: sicut nõ potest facere: qõ sint ℘sanguinei: vel nõ ℘sanguinei. ¶ Quarto sic. vbi eadẽ est causa: ibi est idẽ effectus. sed causa quare cõsanguinitas impedit matrimoniũ est bonũ ꝓlis: repressio cõcupiscẽtie: z multiplicatio amicitie: vt dictũ ẽ supra, sed ista omni tẽpore sunt equaliter necessaria. ergo omni tẽpore debuissent equaliter cõsanguinitatis gradus matrimoniũ impedire: qõ nõ est verũ. Cũ modo ad quartũ gradũ: antiquitus ad. vij. gradũ matrimoniũ cõsanguinitas impedierit. ¶ In oppositũ ẽ qõ deus discipulis suis dixit. Qui vos audit: me audit. ergo ꝓceptus ecclie habet formitatẽ: sicut ꝓceptũ dei. sed ecclia q̃q̃ ꝓhibuit q̃q̃ cõcessit quosdam gradus: quos lex vetus nõ ꝓhiburat. ergo illi grad℘ matrimoniũ impediũt. ¶ Rñdeo dicẽdũ, ꝙ ecclia ꝑm varietatẽ tẽpoꝛ cõuenienter statuit: z taxauit grad℘ cõsanguinitatis matrimoniũ impedientes. Ista cõclusio patur in. xta ꝓbatur iuxta ꝺm̃ Bonauenturã qui ostendit: ꝙ potuit: et ꝙ nũc tẽpoꝛib℘ nostris taxauerit vsq̃ ad quartũ gradũ ostendit: cõgruũ fuit z vtile z necesse. ℙrimo quidẽ ꝙ potuit ostendit sic per scripturã. qz in principio in ꝛstitutiõe matrimonij in lege nature ꝺue excipiebãtur ꝑsone. ſ. ꝑter: z mater. Gene. ij. Relinquet homo patrẽ z matrẽ ꝛc. Et post ꝑcessum tẽporis in lege fuerũt plures ꝓhibite, sicut patet Leui. xviij. si ergo lex euãgelica abũdare debet a mosaica, ergo in lege euãgelica plures debuerũt excipi, sed ꝛps in ꝓpria ꝑsona nõ excepit ergo si nihil diminutũ debet esse in eccla posse determinãdi ꝑsonas relinquit ecclie, maxime petro z eius successoꝛi. Qõ attẽdentes sancti patres exceperũt multos gradus ℘sanguinitatis. Ex quo apparet, ꝙ ipũ posse habuerunt. Si autẽ tu queras † quare magis circa hoc sacramẽtũ posse relinquit ecclesie. ℜsdetur ꝙ rõ huius est. q̃ illud sacramẽtũ in cõtractu consistit, qui est ꝑsone ad ꝑsonã, z q̃m̃ oñs plena iurisdictionem dedit petro sup spiritualia, z ampliozem q̃m reges terre z imperatoꝛ habeat super tẽporalia, sed regis z principis potẽtia põt contractus limitare, vt male fidei possessoꝛ iudicetur, qui contra eoꝝ interdictum mercatur. Quid mirũ si dedit ecclesie posse imo debuit dare vt posset ꝑsonarũ legitimitatem z idoneitatẽ ad contrahenduꝫ determinare. † Si tu queras quare ipse ꝛps per se nõ determinauit. dici põt ꝙ ꝑm diuersa tẽpoꝛa oportebat diuersas ꝑsonas z diuersos gradꝰ excipi. qz ergo statuta diuina nõ decet sic mutare sicut humana hinc est, ꝙ nõ ipe christus debuit limitare, sed limitandos ipsos petro z successoꝛib℘ eius committere. sic patet, ꝙ ecclia potuit gradus ℘sanguinitatis determinare. Oliꝫ determinauit vsq̃ ad septimũ gradũ, z hoc rationabiliter. vt ait sanct℘ thomas. Tum qz ex hoc de facili nõ remanebat cõmunis ratio dicis memoria. Tum quia septifozmi gratie ſpũs scti cõgruebat postmodũ circa hec vltima tẽpoꝛa restrixit vsq̃ ad quartum gradũ. Qõ cõgruũ fuit, qz consanguinitas oꝛtum ꝯ ex propagatione, propagatio autẽ ex semine. Semẽ autẽ habet in se naturã quatuoꝛ humoꝛ, z quatuoꝛ elementoꝝ. Et hinc est ꝙ cõsanguinitas ante quartã generationẽ nõ debuit determinari. Et iterũ infra illũ gradũ nõ debuit cõmiseri, nec in matrimoniũ copulari, vbi potestas coꝛporis aliꝫ daꝫ. Sicut ergo coꝛpus quatnoꝛ constat elemẽtis, ita quatuoꝛ gradib℘ debẽt distare, qui debent carnaliter cõmisceri. Et ita lex noua super legem mosaicã plus debet addere perfectiõis, q̃m lex mosaica super lege nature. si ergo lex mosaica vnum addit gradum super legẽ nature, tunc euãgelica saltẽ duas debet addere, vt sic iustitia euangelij nõ tm̃ superet iustitiã legis, sed etiã supabũdet. Fuit etiam vtile restringere vsq̃ ad quartum gradum qz vinculum matrimoniũ ratione affinitatis que ibi contrahit fouet charitatẽ, z federat inimicos, z q̃m charitas nostris tẽporibus refriguit, ideo citius nunc rumpitur vinculum amoris, q̃m in ecclesia primitiua, z alligatus vinculo citius fugit, z qui fuerat proximus frequẽtissime fit inimicꝰ, vt ergo fugiẽs possit reuocari cũ a quarto gradu, z deinceps iã ab affectiõe amoris homines frigescant: vtile fuit ꝓstituere: vt post quartum gradũ posset fugiens reuocari ad vinculũ posset etiã cõsyderari inimicus ꝓpter quã vtilitatẽ decebat summũ põtificem in ꝓrioꝛi ꝓhibitiõe dispẽsare. Et cũ ista vtilitas sit frequẽtissima: vtile fuit: vt fieret ius cõe ceterum fuit necesse ꝓpter periculũ q̃m̃ ꝓpter multitudinẽ ℘sanguinitatis eoꝝ z breuitatem dierũ vix põt aliquis cõputare ℘sanguineos vsq̃ ad. vij. gradũ. Et ita erat ibi maximũ periculũ: z frequẽtissime cõtingebat homines iũgi infra gradus ꝓhibitos: imo vix poterat aliquis euadere. Et ideo oportuit ꝓ statutũ re tractare tale periculũ: vel talis necessitas nõ fuit in tpe ecclie primitiue: tum q̃ homines erant lõgioris vite: tũ quia minoris generationis. ℐsti aũt decreuit in hominib℘ potẽtia virtutis nutritiue: z augmẽtata est potentia virtutis generatiue ꝓpter feruoꝛẽ libidinis: que viget nũc in hominibus: adeo, ꝙ ꝑm communẽ cursum possent homines ita multiplicari: qõ vix vsq̃ ad quartum gradum nedum vsq̃ ad octauũ vix in ueniret aliqs cũ qua cõtraheret: ꝓpter periculum ergo oportuit reuocare illud statutũ de. vij. gradu: z hoc. ſ. vsq̃ ad q̃rtũ gradũ statuere. Et ista fuit potissima causa: quare mutatũ est sicut exꝑesse dicit in decretali edita in cõcilio vniuersali: vbi dicitur non debet repiehensibile iudicari: si ꝑm varietatẽ tẽpoꝛum: statuta varietur humana ꝑsertim cũ vrgẽs necessitas vel euidẽs vtilitas hoc exposcit: hoc autẽ non solum necessitas exposcebat: sed etiã vtilitas requirebat: et aderat. cõgruitas: z potestas. ideo recte vsq̃ ad quartũ gradũ impediri matrimoniũ rectissime z irrepehẽsibile statuit: z ordinauit ecclesia. ¶ Ad rationes in oppositũ. Ad ꝓmã rñdetur: qõ ecclesia inspirata spũ sancto hoc rationabiliter fecit: vt amicitia diuturnioꝛ esset: z plures essent rationes nectẽtes hoies in amoꝛe et pace vt dicit Albertus. Ecclesia ergo hoc nõ ꝑsumptuose fecit: sed autoꝛitate diuina sibi data fecit sicut dictum est. ¶ Ad secundã respõdeꝫ negãdo ℨsequẽtiã. Et ratio est. qz vt dicit sanctus thomas: et supra diximus: nõ est eadem causa ꝑm diuersa tẽpoꝛa gradus ℘sanguinitatis ꝓhibendi. vnde quod alio tempoꝛe vtiliter cõceditur: alio tempoꝛe salubriter ꝓhibetur. Concordat ꝺns Bonauẽtura respõdens: ꝙ olim per sanctos patres ꝓhibitũ fuit vsq̃ ad. vij. gradum dicens ꝙ rationabiliter illud statutum fuit tempoꝛe suoꝛ: z non minus rationabiliter reuocatum est tẽpoꝛe moderno. Nec fuit reuocatum: quia esset male statutum: sed qz qõ congruebat tempoꝛe ꝓmitiuoꝛ: nõ congruebat statui nostro ꝓpter maioꝛem imperfectionem que est in nobis z ꝓpter maioꝛa pericula.

Ad secundã † questiones satis diximus supra eo. q. iij. coniunctiones. z. c. quedã lex. Sed tm̃ repetemus quod dicit hic hu. qui videtur nobis melius dicere: et conformius ad theologos. Ad questionem enim qua queritur vtrum consanguinei vel affines coniuncti possint ex dispensatione remanere sic coniũcti. dicit sic equidem possunt: si dispensatio fiat a papa. illi enim licitum est in coniunctionibus consanguineoꝝm vel affiniũ dispẽsare: et non alij: nisi de licentia illius. Qui quidẽ in tertio z vlteriori gradu dispensare potest: vt supra. q. iij. quedam lex. et. c. quod scripsit. et. q. v. ad fedem. † In primo vel in secundo gradu consanguinitatis vel affinitatis primi generis dispensare nõ potest. quia vterq̃ ꝓhibẽt in veteri lege. ſ. in leuiti co. Cõtra vetus autem testamẽtũ dispensare non potest: vt. ℨℨ. qõ. j. sunt quidam: hec ille. Quod autem gl. decreti in hoc loco dicit: ꝙ hoc sit falsum: et inducit. c. gaudemus. extra de diuoꝛ. z dicit notari in. c. pitatium. ℨℨ. q. iij. nõ est verum. nam in. c. gaudemus. non habetur contrarium. quoniam vt ibi ait glos. super ver. ij. gradu dicit non ꝓhibito: qz secundꝰ gradus erat ꝓhibitus, sed non ꝑomnis. hec gl. gradus enim secundus in linea descendentium erat ꝓhibitus: de quo loquitur hugu. z nota. in. c. pitatium. Gradus autẽ secundus in linea laterali non erat ꝓhibitus lege diuina. Et de isto loquitur. c. gaude

Ad secũdũ.
Ad tertiuꝫ.
Albertus.
Primũ arg.
Secũdũ arg.
Opponit in contrarium.
ℜspondet. S. Thom.
Ad primuꝫ arg. S. Thom.
Albertus.
Ad secũduꝫ. Albertus.
Primũ arg.
Scõm arg. Tertiũ arg.
Opponit et ℜspondet. Albertus.
Sanctus Thomas.
Ad primuꝫ arg. Sanctus Thomas.
Albertus. Ad secũduꝫ.
Albertus. ℜsdet.
Questio.
Respondet. Innocentiꝰ.
Exponit literam.
Primuꝫ arg.
Secũdũ arg.
Opponit in contrarium.
ℜsdet.
Bonauentura.
Questio. 2
Respondet.
Questio. 3 ℜsdet.
Sanctus Thomas.
Ad primuꝫ argu.
Albertus.
Ad secundũ
Ad tertiuꝫ.
Ad quartũ S. Thom.
Bonauentura.
ℜsdet.
Cõtra glosl.

mus. ꝛ sic glo. illa non est curanda. plene de illa diximus supra circa. c. coniunctiones. q. iij.

Exponit literam.

De gradibus inuenti. Per fa-
ma ꝛ qz ita ferebatur: vel [inuenti] p dicta testiu ꝛ [nō separē
rur]. i. de causa separatiōis eoꝝ nō cognoscāt: vel sententia se-
paratiōis nō ꝓferatur: sed sic sustineat. Bu. [donec ꝛc. ℔ in-
dulgentiā]. i. pietatem ꝛ dispēsationē [nō ℑm imperiū]. i. non
ℑm rigorē iuris: de rigore iuris quidē possem ꝙ statim causa
cognoscerēt: vel sententia ꝓferret: ꝛ separarētur. hu. Sūt ergo
copule taliū ad tempus dilate: nō in perpetuum permisse. nō
ergo papa permittit matrimoniū: quia nullū erat ibi: nec per
mittit fornicationem qz ante sententiam de ea non cōstabat:
sed permittit: imo ꝓcipit differre cause cognitionē: vel di-
lationē sententie. hug. [de his duobus]. ſ. quinto ꝛ sexto [infra
anni coꝝnam]. i. circulū: vel renolutionē anni [modis oibꝫ]
siue scienter: siue ignoꝛāter cōtraxerint. hug. [de cetero vero]
primo hoc idem erat ꝓhibitū: sed ꝓhibitionē renouauit [vt
nullus audeat. hī verō ſcda pars [eādez formā] qđ ita in ℑnn
ctis consanguineis: vt nūc separent: nūc suspendatur eoꝝ se
paratio repetit in coniunctis affinibus. [ℑtez de his]. iij. ps
vſq; ad quartum gradū hoc. ex dispensatione. hug. [prehiba-
minus]. i. olim quibusdam permisimus [ceterum inxta]. iiij.
pars. [ceterum]. i. sed decetero: si talia per ecclesiaz corrigi nō
poterunt [inxta secularium quiescant]. i. cessent isti incestus.

Exponit literam.

Hec salubꝛiter. Ad idē ℓ hoc capitu.
eiusdem gregoꝝ. Sū-
ma est in rubro. hoc. c. nō loquit ex dispensatiōe sicut
precedens: sed loquitur de mero iure. Et ideo gra. nō cōtradi
cit precedenti: vel pōt dici: ꝙ in principio loquitur de iure: in
medio ex dispensatiōe: ꝛ sic ℑsentit precedēti: ℑm hug. Litera.

Nicolaus de lyra.

[Hec salubꝛiter affinitatis]. i. consanguinitatis [lineamēta]
id est signa vl̄ vestigia memorie cognoscunt: qō ē vſq; ad. vij.
gradū. vt supra. e. q. iij. progeniem. ꝛ. q. v. ad sedem [his videli-
cet ꝛc.] nō damus: vel nulli damus licentiā ꝛtrahere cuz his
vi. qui ꝛc. in. iiij. q. vel. vi. [qm̄ ſcriptum est] Leui. xviij. hoc nō
est intelligēdū, ꝙ Gregoꝛi⁹ velit dicere, ꝙ in lege veteri sit p
hibitus quart⁹ vel qnt⁹ grad⁹. Sz est ar. a minori sic: inhibi-
tum fuit cōiugiū iudeis in primo ꝛ ſcdo gradu cū certis ꝓso-
nis. ergo multomagis christianus debet ꝓhiberi vſq; ad se
ptimū gradū qz euāgeliū superabūdare debet leges veteꝝ in
his que perfectionis ꝛ amoꝛis sunt ad ꝓximā. vt dicit Rico
laus de lyra sup Leui. nō est intelligendū per hoc: ꝙ ois ℑsan
guinitatis gradus sit ꝓhibit⁹ in ꝛtractu matrimoniū: ſz illi
gradus sunt ꝓhibiti: qui infert⁹ exꝑimūtur. alīj aūt ꝛcessi in
telligunt. hec ille. Et ideo dicit Augu. ꝙ ꝓxima ꝺz hic: q̄ du
rat vſq; quo ꝓhibitio durat. ſ. vſq; ad ſcōm gradū. ꝓxima in
nouo testamēto dicet: q̄ durat vſq; ad septimū [aia]. i. homo
[sane quibus]. ſ. incestuosis scienter coniunctis habebunt ex
dispensatione si sunt inuenes. Et subdit [magister exceptionē
ℑ. nisi in eodem ꝛc. quo casu vix dispensatur cum eis. hug. ꝓo
quo sequitur capitulum sequens.

Exponit literam.

Incestuosi. Ad idem confirmādū indu
cit hoc. c. ex cōcilio aurelia
nēsi. Sūma est in rubro. Et diuidit in duas partes. ℑ. ibi: z si suis. Lege. [Incestuosi. inter gentiles aūt cathe
cuminos] inter istos habentur quo ad introitu ecclie: ꝛ quo
ad sacramēta ecclīastica: vt sicut illis negātur: ita istis negē
tur. videt ꝙ in isto ꝓncipio capituli loquat de incestuosis:
qui iacent in notorio crimine: quos tū eccīa adhuc toleraꝛ: ꝛ
ꝓi⁹ afficit eos ꝑdicta pena: nō tū sunt excōicati postea in. ij.
parte: nisi ammoniti fuerint [afficit eos maiori pena] ꝛ ex
cōicat eos sic hic ꝺz. Sic ergo in ꝓmo casu nō sunt excōicati:
sicut diximus. ℑ. e. q. iij. de incestuosis. ex quibus oia patent.

¶ Questio. ix.

1 ☞ Sententia lata false cōtra veritatem an debeat retractari.
2 Errorem suum cuiꝫ licet corrigere in spiritualibus.
3 Iudex qui tulit sententiam iniquā si deſierit esse iudex quis retractabit eam.

Diuisio.

Hac authoꝛitate. Hic intu-
lat⁹ nō-
na questio. ſ. vtrum qui separati sunt iudicio
eccleſie per aliquam falsitatem vel fraudem
cōperta falsitate sint reiungendi. Et diuidit
in duas partes. In ꝓma ꝓbat ꝓ duos cano-
nes ꝙ sententia retractari nō pōt. In ſcda ꝓbat ℑ ꝙ quinq; ca
pitula. ij. ibi: qō qz cōmisit. Tota vis huiꝰ questionis stat in

1 hoc † an sententia false lata ℑ ꝛitatē debeat retractari. Ad quā
dicuit̄ respōdet ꝙ in his in qb⁹ vertit periculū aīe: sicut est
de matrimonio: ꝛ de sacramētis ecclīastic⁹: ꝛ de ordinib⁹: renо
cat sententia false lata etiā post milesimū annū. qñcūq; ꝛitas
declarabitur: vt dicit hug. ꝛ glo. Lege. ¶ [Hac authoꝛitate.
reintegrāda]tū qz erroꝛ corrigendus est: tū qz quos deꝰ ℑnxit homo nō seꝑaret. Mat. v. Tū qz vt ꝓz Mat. xix. ꝛ. i. coꝛ.
vij. Mulier viuēte viro sic est sub potestate viri: ꝙ alteri nube
re nō pōt: ꝛ si nubat adulterat. Sitr necviruēte vxoꝛe: vñ cū
illi ꝓ erroꝛem seꝑatiꝫ sint legitimi ℑnges: ꝺz seꝑatiōis sen
tēcia reuocari vt adulteriū] viteꝛ: ꝛ verū matrimoniū firmum
2 pseueret in ꝑpetuū ℑnxit. ¶ Tū qz vt dictū est in ſpūalib⁹ vbi v
tit periculū anime licet cuiꝫ erroꝛ corrigere sibi. Nec obstat
si nō fuit appellatū. Res em̄ in alīs ꝑdicat veritatiꝫ: ſz i his
3 ꝑdicat aliēnū saluti. ¶ Sed surgit questio ꝙ si ille q̄ tulit
sententiam desierit esse iudex: ꝛ ita non poterit talem senten
tiā reuocare. Ad hoc ꝛndetur ꝙ illā sententiam cū ei ℑstituerit
de falsitate testiū iudex qui illi succedit tenetur reuocare per
se: vel per superioꝛ. qz tm̄ scelus nō ꝺz sustineri. z Multa notā
tur in glo. de modis quibus retractatur sententia. vide ibi.

Augustio.

Exponit literam.

Questio.

Respondet.

Omnibus modis. Arguit contra
magister ꝓ hoc
cap. qō est beati Augu. Summa est in rubro. litera
ꝺz ratio nabiliter saltem ex causa ꝛ ordine. hug.

Diuisio.

Oci nostri. Ad idē ℓ hoc. c. Stepha
ni pape ḡnti. Sūma est ꝛ
rubro. diuidit hoc. c. ℑ duas partes. ℑn ꝓma dicit
ꝙ ℑgrue decisa sunt roboꝛāda ꝛ nō rescidēda. Et
ratio subdit ibi: reū. ℑn ſcda parte dicit ꝙ male ꝓsumpta nō
debēt remanere ℑmpunita. Et quare subdit ratio ibi: ecclīasti
ci. Lege. ¶ [Loci nostri vtiliter]. i. iuste ex cā ꝛ ordine: vel sal
tem ex ordine [reū] ꝛndet ꝓmo assignādo rōnē [ecclīastici] re
ſpōdet ſcdo [ꝙ funditur nō ꝑcessa] vt ℑxv. q. ij. amputato. ꝛ. ij.
q. v. ℑsuluisti. [aperim⁹] qz facilitas venie incētiuū ꝓbet de
linqūēdi. vt. ℑxiij. q. iiij. est iniusta. Augu. [qz ergo]. ſ. est [hec
sententia] p certū terminū. ſ. ꝛ. dierū ꝛc. [his itaq; ꝛndet] cuiqz
iudiciū erroꝛē suū corrigere in causa spūali: vbi vertit pericu
lū anime [illicice] specialiter intelligit in cā spūali. hug. [ab
eius]. ſ. ij. cui viuēte ꝓmo nupserat [ad eū]. ſ. ſcdo ꝓst triēnū
i. si ante vel ꝓst etiā millenariū. vt. ℑxxiij. q. v. qō deo. sed gra
exēpli posuit reintegranda licet iuramentum de nō continuando esset factum in seꝑatione. vt. ℑ. e. q. vi. ab isto.

Exponit literam.

Quod autem. ſ. est hic incipit. ij. pars: in qua
ꝑbat qsententia etiā romane se
dis retractari: vt in melius cōmutari pōt. Et ad hoc inducit
quinq; capitula. litera [qō autem] supꝛa diximus: ꝙ ea que a
quolibet illicite committuntur debeant corrigi ꝛc.

1 ☞ Uenire qs pōt cōtra factū suū. Et ℑtra p̄decessoꝛis. nu. 2.

Quod quis. Ad hoc iducit̄ hoc ca. ex ſy-
nodo romana. Sūma est in
rubro. hoc. c. pōt reduci ad hoc ꝙ loquat̄ de cā spūa
li: vbi vertit periculū aīe. Sz melius est vt dicam⁹: ꝙ nec hoc
capitulū nec sequēs loquit̄ de sententia diffinitiua in causa spi
rituali: vel alia: sed hoc loquitur de cōmissis nō in sententia: ſz
in admīstratiōe vel ꝓpositiōe aliqua: vel alīs nō sententiā
do puta alienādo bona eccīe. Sequēs vero loquatur de ℑsti
tutione vel rescripto dñi pape ℑm hug. Et diuiditur in duas
partes. ℑn ꝓma statuit. ℑn ſcda petit ꝓfirmari per totā syno
dum. ij. ibi, si placet. Lege. ¶ [Quod quis cōmisit] in ꝓpria
ꝑsona, ꝛ vt dictū est intelligit̄ de alīs nō de sententia. Et est ar
1 gumētū. ꝙ ꝙ quis pōt venire ꝛtra factū suū. ar. di. i. penitētes.
2 ꝛ. xij. q. j. [certe a predecessoꝛib⁹] ar. ꝙ pōt qs venire cōtra fa
ctū sui ꝑdecessoꝛis. ar. ℑxv. q. ij. decessoꝛū. hug. [periculū] offi
cij. vel eterne dānatiōis [nos em̄]. q. d. volum⁹ vt ꝓ se corrigat
corrigēda, ne puniat̄ a nobis [reliquerit]. i. delinqūēte nō co
rexit negligēdo malefacta ab alio [aut ipe] ꝙ fidoiceret punier,
siue nō corrigat malefacta sua, siue malefacta alterius si pōt.
hu. [inueniet] per experiētiam pene custodiri, vt via alīs pec
candi claudatur [si placet], ij. pars. [omnes vos accōmoda-
te]. Ladhibete, vt synodali. ꝛc. patet.

Exponit literam.

1 ☞ Sententia diffinitiua non debet ꝓferri sub conditione.

Postolice. Ad idē ℓ hoc capitulū qō
est Gregoꝛij i registro. Sū
ma est in rubro. Lege textum. ¶ [Apostolice sente
tia] id est rescriptum apostolice sedis, siue de priuilegiꝭ, siue
de dispensatione, vel aliqua dispositione, sine constitutione.
non enim est intelligendum de sententia diffinitiua. sed de re
scriptis,

scriptis: que sedes apostolica solet indulgere. vel persone: vel
1 loco. † sinia em̄ diffinitiua nō ꝺz ꝓferri sub cōditione: lata tñ
tz vt. ij. q. vj. biduū. [ꝛ retractari possit]. i. debeat: puta ad tps
plata. ꝛ statuta: vt in ꝓmissione anglicoꝝ: que ad tps fuit: vt
ℑ. e. q. iij. qō scripsi. [ſcdm tenoꝛem cōditiōis] si cōcessum est
ad tps vel si hoc vel illud fit vt cum dicitur: si preces veritate
nitantur quod in quolibet rescripto ponitur: vel non positus
intelligitur. vt. ℑxv. q. ij. vniuersa. Aug.

1 ☞ Papa tenetur exaudire preces iustas subditoꝝ.
2 Simonia nō committitur in precibus ꝓ digno ꝓrrectis.

Meniam. Ad idē est hoc. c. Innocentij pape.
Summa est in rubro. Diuiditur in
duas partes. ℑm duo q̄ quidā requiſierāt a dño Inno
cētio. ſ. vt fotinū epz dānatū p falsos testes restitueret. Eu
stachij vo deponeret: in vno exaudiuit eos. ſ. in restitutiōe
fotini in alio nō. ſ. in depositione eustachij. ſcda ibi: eustachij
vero. Lege. ¶ [Uenia]. ſ. narrādo nūc post multa alia narra
ta [ad maximū fotinū] forte binomius erat iste fotinus: vel
venia ad fotinū: ad qō maximum [thema]. i. materia. multa
enim de eo dici poterāt: ꝛ de ipsius depositiōe: ꝛ ideo nose the
matis appellat: vel forte qz magna qō ꝙ turbatio de eo erat:
ꝛ de eius depositione. Bu. ꝛ gl. [renoluā]. id est pertractabo
sententias maioꝝ. vel renoluā. id est perquirā [sniaꝫ]. i. regi-
stra: ꝛ gesta: ꝛ secreta eoꝝ si ℑnōi restitutionem vnq̄ fecerūt.
Et si liceat pape corrigere sniaz vel suoꝝ ꝑdecessoꝝ vel suā.
vt. ℑxx. q. i. peruenit. [ad salutē]. i. ad notitiaz veritatis: qz de
veritate constat. fuerat em̄ depositus per falsos testes. [huic]
fotino [vobis tñ] ℑnfinite. i. multū. Bu. [obnitētibus]. i. sup-
plicātibus: ꝛ subnixe rogātibus ꝙ eo [nō dare] ar. † ꝙ papa
ꝛ quilibet ꝓlatus tenetur iustas preces subditoꝝ exaudire.
2 ar. xij. q. j. religiosam [licitum] † nō enim est simonia in pre-
cibus ꝓ digno ꝓrrectis. ar. j. q. j. quibusdam. ꝛ di. l. clerico.
Aug. [sinia nostra] videtur ꝙ ipsa deposuerat eū vel senten
tia nostra. i. aplice sedis siue a mesine a predecessoꝛe lata. Bu.
[cōputem]. i. congruā: ꝛ sufficientem [eustachium vero] scda
pars. [admitto] ar. ꝓ o pietate adhibenda ꝓniozes esse de-
bemus ad soluendum ꝛ potius debemus indicari de miseri
cordia, ꝙ de rigore. arg. ℑxvj. q. vij. allegant. ꝛ di. l. ponderet.

Diuisio.

Exponit literam.

1 ☞ Surreptio quid dicatur.

Ententiā. Ad idē est hoc. c. Nicolai pa-
pe. Sūma est in rubro. Diuidi
tur in duas partes. ℑn ꝓma ponit ꝙ sniа apostolice
sedis pōt in melius cōmutari. ℑn ſcda inducit exēplū Pau
li: q quedā dispensatoꝛie fecit: q̄ alio tpe reprobauit. ſcda ibi:
qm̄ egregiū. Lege. ¶ [Sniam.] hoc capl̄m bene pōt legi de
sniа diffinitiua: ſz melius legit̄ in eo casu: in quo ꝛ illud ca-
plm aptice de rescripto vel ordinatione vel dispēsatiōe aptice
sedis cū air [surreptū.] † Surreptio est deceptoria ꝛ festi-
1 nata alicuius falsitatis suggestio [ꝛ earum] vt di. ℑxxvj. tēta
necessitatū [qñ] ſcda pars. dispēsatoꝛie] vt in circūciſiōe Ti-
motei: q fuit de patre iudeo ꝛ matre gētili: quē fecit Paulus
circūcidi. qz scādalū erat iudeis ꝑe prelatū incircūcisum: ꝛ
hoc fecit inspiratiōe diuina [reprobare legit̄] ad Gala. v. Si
circuncidimini nihil ꝓs vobis proderet [elegerit]. i. nō ꝺz
hoc facere sine cā: si tñ fecerit, ratū erit. qz nō erit q̄ infringat.

Diuisio.

Exponit literam.

Regoꝛius. Ad idē est hoc. c. ex libro pō-
tificali. Summa est in rubro.
Breue est. palea est.

Expositlit eram.

Raue. Ad idē est hoc. c. Innocētij pape,
Sūma est in rubro. nō diuiditur li
tera. ¶ [Raue nos tractare iudiciū] cuiuscp; ꝛ ꝓ
decessoꝝ n̄roz [qz viritas] q̄ semp est inquirēda.
vsq; quo inuemaī [sepius exagitata] hec authoꝛitas optime
allegat ℑ iudices q nolūt audire aduocatos. vt dicit Bu. ꝛ gl.
Nō em̄ ad veritatē puenit: nisi circūstātie rerū ꝛ psonarū dili
gēter inuestigētur. ℑxij. q. vlti. occidit [pnities]. i. pnitiosa sen
tētia: quasi diceret si bñ iudicatū est: bonitas magis appare-
bit. Si male malitia in sniа cōmissa punier. vel sic [pnicies]
i. malitia rei: vt sit sensus. si digne qs est absolut⁹ ↄnocētia ei⁹
nūc magis apparebit. si iuste est cōdēnat⁹ ei⁹ malitia nūc pa
tebit: ꝛ magis cōdēnabit̄ [grauius] quā alīs: vel añ. Bu. [sine
pnia]. i. sine remissione pene. vel sine penitētia iudicis. qz qui
agit cū deliberatione ꝛ cōcilio nō cōsueuit penitere. vnde Sa
lomō. omnia fac cū cōsilio ꝛ nō penitebis [fructus]. i. actus
dignus premio eterno est [recenseri] id est tractari exerceri: ꝛ
ad memoriā reuocari per exercitium hoc enim summum bo
num est inhumanis: vt. ℑxij. q. ij. cum deuotissimam. Aug.

Exponit literam.

Sicut ergo. ſ. est: patet.

¶ Questio decima.

Oea vero. Hic ſritulat̄ qō deci
ma: q̄ duos ℑtinet ar
ticulos. Primus an affinitas deleat in sup
stite. Et de isto habet in sequēti capitulo. Se
cūdus est an ples ex secūdis nuptiis suscep
ta possit copulari ℑsanguineis ꝓris viri:
de q̄ ēt i sequēti capitulo. Et in vtraq; ndet negatiue. ℑ. e. c. i.

1 ☞ Affinitas an maneat post mortem viri inter vxoꝛem ꝛ cō
sanguineos viri.
2 Relatio aliqua desinit esse dupliciter.

Casus.

Fraternitatis tue. Casus. quatuoꝛ
qōnes iste Eps
fecerat Gregozio: cuius est hoc. c. Prima est. si vxoꝛ
alicuius sit affinis cōsanguineis viri. Scda vtrū viro defun
cto remaneat affinis cōsanguineis viri. Tertia est. an vxoꝛ de
signat esse affinis consanguineis viri prioris: ꝛ alij nubit.
Quarta. si proles ex scdis nuptiis possit copulari cognato
prioris viri. ꝙ Gratian⁹ principaliter intendit tractare. has
quatuoꝛ qōnes Gregozius ponit ꝓ ordinē ꝛ ndet eis. Lege.
¶ [Fraternitatis. si mulier] hec est ꝓma qō [extraneo]. i. nō
cōsanguineo: nec affini. alīs nulla esset questio [cognitioni.]
id est cōsanguinis viri pertineāt. [si eo.]id est an eo. secūda
questio [cognatio]. i. affinitas [vel fl]. i. an [sub altero]ter-
tia qō [cognatiōis]. i. affinitatis. vel si. i. an suscepit ꝛc. hec est
quarta qō. Et ita capitulū hoc pōt diuidi in quatuoꝛ par-
tes ℑm quatuoꝛ rñsa ad quatuoꝛ qōnes. [Est em̄]incipit hic
ndere ꝓme qōni. Et dicit, ꝙ vxoꝛ est affinis consanguineis
viri: qz cū vir ꝛ vxoꝛ sint vna caro: nō pōt aliquis attingere vni
p cōsanguinitatē qn attineat alteri per affinitatē. Et vt me-
lius intelligāt litera incipiēda est cōstructio ibi: anteqđ. ꝛ pce
dēdū est vſq; ibi ouoꝛo ꝛc. Et postea legēda est litera ꝓtermiſ
sa. ſ. est em̄ verbū dei ꝛc. [in carne appareret]. i. carnē assume-
ret [relinquet] q̄tū ad habitationē dimittet eos i vna domo:
ꝛ ipse cū vxoꝛe stabit in alia vel relinquet quo ad mīmoniū.
i. nō ℑhet cū matre: vel filia: cū patre sed cū alīs. ꝛ tūc hō ꝓo
vtroq; sexu supponit. [ꝛ erūt duo in carne vna]id est in vno
opere carnali ad pōlē. pcreandā. [si enim vna caro.]argumē
tatur vni pertinere per cōsanguinitatē: nisi pertineat alteri ꝓ
affinitatē [credendū est]hic debet legi litera ꝓtermissa. [est
enim verbū dei validū ꝛc.]ps. cxvij. ℑnternū dñe permanet
verbum tuum. ꝛ Luce. xxi. Celum ꝛ terra transibūt: non quo
ad substantiam, sed quo ad formam: siue qualitatem: quia in
melioꝛem formā mutabuntur verba mea [id est sententie ver-
boꝝ meoꝝ] nō trāsibunt quoniam impleātur. Bu. [poꝛ
roꝛ] scda pars. in qua ndet secūde questiōi. affinitas nō debe
tur inter ſperstitē ꝛ ℑsanguineos defuncti sed ꝑsenerat sicut
1 ante † Sed ꝓ maioꝛi intelligentia huius videtur ꝙ hoc nō
sit verum. ſ. ꝙ affinitas maneat post pozē viri inter vxoꝛem
ꝛ ℑsanguineos viri. Primo sic. cessante causa cessat effectus,
ſz causa affinitatis fuit matrimoniū: qō cessat in morte viri:
qz tunc soluitur mulier a lege viri: vt dꝰ Roma. vij. ergo nec
affinitas ꝑdicta manet. ¶ Scōo sic. cōsanguinitas causat af
finitatē: sed cōsanguinitas cessat per mortē viri ad cōsangui
neos suos. ergo ꝛ affinitas vxoꝛis ad eos. ¶ ℑn oppositū est
capl̄m ꝑsens. ¶ Respōdeo dicēdū ꝙ affinitas nō aboleꝛ:
sed permanet in superstite mortua etiā persona ratione cuius
fuit contracta. patet ista conclusio sic affinitas ex cōsanguini
tate causatur. Sed consanguinitas est perpetuum vinculum
inter quos est consanguinitas. ergo ꝛ affinitas. ꝛ ita nō soluī
tur affinitas soluto matrimonio tertie persone. Pro cuius
conclusionis ampliozi intelligentia est notandum iuxta san-
ctum Thomam in quarto † ꝙ relatio aliqua definit esse du-
pliciter. vno modo ex corruptione subiecti. alio modo subtra
ctione cause. sicut similitudo esse definit: quādo alter similiz
moꝛitur: vel quādo qualitas que erat causa similitudinis sub
trahitur. Si autem quedam relationes que habent ꝓ causa
actionem vel passionē ad motū vt dicitur hoc meaphorice
quarum quedam causantur ex motu inꝰtum aliquid mouē-
tur actu: sicut ipsa relatio mouentis ꝛ moti. Quedam autem
inꝰtum habent aptitudinem ad motum, ꝛ mobile, vt domi
nus ꝛ seruus quedam autem ex hoc, ꝙ aliquid ꝓius motum
est: sicut pater ꝛ filius, non enim ex hoc quod est generari nūc
ad inuicē dicunt̄: sed ex hoc quod est generatū esse. aptitudo
aūt ad motū ꝛ ipsum moueri trāsit sed motū esse perpetuum
est. qz quod factum est: nunq̄ definit esse factū. Et ideo pater
nitas ꝛ filiatio nunq̄ destruuntur per subtractionem cause,
sed solum per corruptionem subiecti per alterum extremoꝝ.
Et similiter dicendū est de affinitate: que causatur ex hoc, ꝙ

Questio.

Primus argumentum. Scōm arg.

Opponit ꝛ Respondet.

Sctūs Tho

Ad primus argumentū.

Ad scōm.

Exponit literam.

Hugutio.

Ōtinuatio.

Versus. Questio. Opponit.

Diuisio.

Exponit literam.

Exponit literam.

Hugutio.

Exponit literam.

Exponit literam.

Diuisio. Exponit literam.

Exponit literam. Archidia.

aliqui cōiūcti sunt nō ex hoc q ꝛiungunt̄: vñ nō diuimitur manētib⁹ illis personis: inter quas affinitas est ℟cta. Quis monaꝛ persona rōne cuius ℟cta fuit. ¶ Ad rōnes in oppositū. Ad primā rñdet negādo ꝛntiā. Et rō est: qꝛ cōiūctio mr̄i monij causat affinitatē: nō solū ꝑm q̄ est actu cōiugi, sed ꝑm q̄ est ꝓnus cōiunctū esse. ¶ Ad scām rñdet negādo ꝛntiaꝫ. Et rō est, qꝛ cōsanguinitas nō est ꝓxima cā affinitatis: ꝫ cōiunctio ad cōsanguineū nō solū q̄ est: ꝫ q fuit. Et ideo rō nō sequit. Sequit in lra. [nec alia] rñdet tacite cōn. [ad affinitatis], i. cōsanguinitatis ꝓnoris viri ita nec affinibus illius in ꝓximo genere. Eadē est ꝓhibitio in cōsanguineis meis & in affinib⁹ ꝓximi generis. Et hoc habeē ex hoc loco si nomine affinitatis ꝓprie teneaꝫ. Hu. [ꝑ eo qꝛ verbū] innuit q̄ inter talē sobolē & cōsanguineos ꝓnoris viri sit affinitas. vel refert ad ꝓximā cōnē. [alius prophetā]. s. Dauid [mādauit] statuit [ea ꝛbo suo]. s. superiora [posuit ꝓceptū] illud ois eā laudāt deū: vel in se: & ꝑ se: vt angeli: & hoīes: vl in alīs: & ꝑ alia: vt stellę: & hmōi qꝛ faciūt deū laudari ab aspiciētib⁹ ea: & sic oia talia laudāt deū. qꝛ faciūt deū laudari: vel qꝛ sunt materia laudādi deū. [nā posit verbū quo dixit & fecit ynū facere secū]. i. vnicū sibi ꝑ fidē & charitatē. [nō ergo ꝑ his]. s. apostolis [tā tū] sicut tu pater in me ꝑ idētitatē substātie ita ipsi ꝑ fidē & charitatē sint vnū in nobis. [Si quis ergo in defuncto]. i. ꝑter defunctū. i. qꝛ ꝓnor defunctus est. [ꝓpinquitatē]. affinitatē [extinguere] dicēdo ꝛsanguineos defuncti nō esse affines superstiti. Hug. vel sub altero cōiuge. ꝛc. [cōfige terrā]. i. cōmisce. hę similitudines inducunt ad ꝓbandū, q affinitas in superstite nō deleē q inter cōsanguineos alter⁹ cōiugū & alterū cōiuge sit affinitas: & separari nō possit. sicut nec ista separari valēt. Et no. q vt dicit Hu. hę similitudines nō sunt multū efficaces ad ꝓpositū Gregorij. sed tales q̄les sunt [q̄ge]. i. cōmisce. q cōglutina illa [terra ablati] sunt absolut: [exquatuor auis cōiūcti duo]. s. vir & vxor: quoꝝ vterq; duos hꝫ parētes: q sunt au⁹ & auia filij. & ita filij⁹ hꝫ quatuor auos. s. duos auos: & duas anias [in vnū]. i. in ynā carnē. quasi sic ex illis cōiūcti̇ntur per cōmistionē carnis. s. de duob⁹. s. viro & vxore [vna creatio]. i. vna ples. [hanc similitudinē]. i. talē. q ꝓsit fieri separatio in talibus. [assignaueris]. i. assignare volueris [fucis]. i. coloꝛib⁹ duo sequētia capitula vt dicit gl. non tenent. Alia duo intelligit Hug. vsq; ad tertium gradū.

¶ Causa. xxxvj.

Alia cuiusdā. Hic titulat cā. xxxvj. q̄ sic cōtinuat ad superiora ptractatis. xvij. ꝑdimētis mrimonij qꝛ rapt⁹ virginū vt ꝑdire mrimoniū. ig̃ vltimo loco supponit de raptu. i. qua no bis doctrinā tradit. q dicaꝫ raptū cōmittere. Et qua pena sint puniendi raptores. Et qualiter raptores possint copulari in matrimonio. vt autez hec & alia competentius prosequatur, thema posuit formās inde duas questiones. prima est vtrum commiserit raptum. ꝑa est vtruz rapta possit raptori nubere patre assensum prestante.

¶ Questio prima.

Quod autem. Hic intitularur prima questio. an sc̄z ille raptum commisit, de quo proponitur in themate. Et q̄ sic inducit capitula quatuoꝛ sequentia. Ad probandum q̄ sic.

1 ☞ Raptus hoc nomen tres habet significationes.
2 Raptus an sit spēs luxurie distincta a stupro, q̄ sic. nume. 3.

Raptus. Capitulū hoc est beati Isidori libro etymologiarū. Summa est in rubro. Breue est. Lege. ¶ [Raptus] † q raptus tres hꝫ significationes vt dicit hic Archidia, vno modo dicit cōtra natūrā eleuationē ad deum, vnde super illud. j. Cozin. xij. Scio hominem raptum. ꝛc. dicit glo. contra naturam eleuatum. secundo violentam rerum spoliationem siue de predationem tertio mulierū violentam constupratione: siue corruptionem a corumpēdo dicens, vnde versus. Nō raptu petitur stupro persepe finitur. ¶ Hic surgit questio † vtrum raptus sit species luxurie distincta a stupro. Et videtur q nō ex isto verbo Isidori. ¶ In oppositū ꝺ infra i. ꝙ. cū ergo. vbi ponit spēs

3 distincta ab alīs specieb⁹ luxurie. ¶ Ad hoc rñdetur † q raptus est spēs distincta a stupro. Ad dictū Isidori dicim⁹ q hoc dicit: qꝛ vt dicit scūs Tho. in scōa scē. q. cliij. ar. vij. qñq; in idē cōcurrit cū stupro. Qñq; inuenit raptus sine stupro. Qñq; vero stupū sine raptu cōcurrit quidē in idē quādo aliquis violētiā infert ad virginē illicite deflorandā que q̄dē violentia quādoq; infertur tā ipsi virgini, q̄ patri. Qñq; autem infertur patri: sed nō virgini, cui ipsa ꝙsentit: vt per violentiā de domo patris abstrahatur differt aūt violentia raptus alio modo, qꝛ qñq; puella violenter abducitur a domo parentum: & violenter corrumpitur: sed de volūtate virginis siue corrūpatur fornicario cōcubitu siue matrimoniali, qualitercunq; eñ violētia assit soluatur ratio raptus, inuenitur aūt raptus sine stupro puta si aliquis rapiat viduā: vel puellam corruptā. vnde Symmachus papa: vt habetur. j. q. ij. c. raptores. dicit raptores viduarum vel virginum ꝛc. stupum vero sine raptu inuenitur quando aliquis absq; violentie illatione virginem illicite deflorat. hec sanctus Thomas.

Ex illa. Ad idē est hoc capitulū Gelasij pape. Summa est in rubro. hoc capm exp̄ositum inuenies. ꝺ. xxxvij. q. ij. c. lex illa.

Cum ergo. ꝙ. est: diuidit̄ i duas partes. In ꝓia arguit ex dictis, q̄ ille de quo i themate raptū cōmiserit. In ꝺa distinguit spēs luxurie ad oīendū, q nō ois illicitus coitus nec cuiuslibet illicita defloratio sit raptus. ꝺa ibi: sed nō ois. Litera. ¶ [Cū ergo. ꝫ non omnis] ꝺa pars [videatur esse genus] & est renera. vt. xxxij. q. iij. meretrices. & q. vij. nō soli. Hu. [nō reuocāte] idē esset si reuocaret: sed forte eo casu diceret Gratianus raptum: non stuprum, ꝙuis enim iniuria esset illata patri: cum non reuocat: non potest agere iniuriarum. vt insti. de iniurijs. ꝙ. fi. Hu. [sine parentibus] tantum non ꝓprie dicitur raptus si puella consentit: sed dicitur raptus quo|ad patrem. quia patri fit iniuria. Hugu. sed hoc dicit Gratianus: vt alleget capitulum sequens [cum rapta] idem est & sine ea. Hug.

1 ☞ Fugientes ad ecclesiam liberantur ab omni pena corporali: que a iudice esset inferenda.
2 Raptor an seruiat. an se redimat in cuius arbitrio erit.
Et quātā pecuniā ꝓ pudicitia violata dare debeat. numo. 3.
Et si elegit seruire: quanto tempore seruiet. nume. 4.

De raptoribus. Capitulum hoc sumptū est ex cōcilio cabilonēsi. Summa est in rubro. In hoc capitulo ponunt duo casus: scōm quos capitulū hoc diuiditur in duas partes. ¶ Primus est de illa: que nō hꝫ patrem & non consensit raptori. Et hec debet statim auferri raptori: & reddi cōsanguineis. Scōs casus est de illa: que habet patrem: & consensit raptori. Et hec similiter reddenda est patri. raptor autem concessa sibi impunitate mortis & penaruz corporalium aut se redimat: aut seruiat patri: aut puelle. secū da ibi. Si vero rapitur. Lege. ¶ [de raptoribus. parentib⁹ reddatur.] id est consanguineis. Hug. [penarum] corporalium a quibus penis ꝓpter fauorem & priuilegium ecclesie liberatur. non autem a pecuniarijs: debet enim componere quod inique cōmisit. vt. xvij. questio. iij. reum. Et hic ea non ꝓtendicat legi: quę dicit raptorē nō gaudere priuilegio ecclesie. Et
1 est hic ar. expressum † q fugientes ad ecclesiam liberantur ab omni pena corporali, que a iudice esset inferenda. Et est contra opinionē multorū: & contra leges, quibus hic ora claudūtur. Hugu. [subiectus] ipsi puelle: vel patri [ad seruiendum] non vt seruus, sed si non habet vnde se redimat, seruiat ei, & sit in seruitio eius. [redimendi.] aliqua pecunia ponderādo ꝓtium violate pudicitie, vt infra eadem questione. ij. tria.
2 ¶ Surgit questio † in cui⁹ arbitrio erit an seruiat: an se redimat. dicitur q̄ in optione raptoris. ar. xxvij. questione. ij. multorum. Hug. & glo. ¶ Surgit alia qō. † Quantam pecuniā debit ꝓ pudicitia violata. Rñdetur q̄ quinquaginta dragmas argēti. vt. j. e. q. ij. c. deniq;. ¶ Surgit alua q̄stio. † Quid si eligit seruire: qꝛ nō pōt se redimere, quāto tempore seruiet. Respōdet q̄ per tantum q̄ possit illā pecuniā deseruire, vel ℟tum videbitur iudici, scōm qualitatē puelle, vel patris, cui iniuriā intulit vel si nobilis sit, vel ignobilis, seruiat plus vel minus. Et scōm hoc redimet se nō solum ꝓ dando ꝓ pudicitia violata, sed ꝓ violentia illata. Et hoc fiet secundum taxationem iudicis. Hugutio. [Si vero.] secunda pars. si cōsensit in fornicationem nō in matrimoniū. si enim cōsensisset in matrimoniuz, dūmodo nubilis esset, nō redderetur patri. Si aūt nōdū esset nubilis, siue cōsensit, siue nō reddēda esset patri.

Rñdet.

Sctūs. Th.

Diuisio.

Exponit literam.

Exponit literam.

Hugutio.

Exponit literam.

Diuisio.

Questio. Respondet. Questio. Respondet. Questio. Rñdet.

Hugutio.

patri. [excusata] a pena quam patiuntur: que se rapi permittūt. Ex hoc videtur, q adhuc innubilis erat vel hoc dicitur: quia confugit ad ecclesiam siue esset nubilis siue non. Hugu.

Ex hac autoritate. ſ. est: hucusq; magister soluit & breue. Et diuiditur in duas partes. ¶ In prima probat, q̄ ille de quo in themate nō sit dicendus raptor. In ꝺa distinguit de rapina: & sc̄a pars [vsus] idem & in furto. Nam furtum aliquando est in re: aliqñ in vsu rei. [domino eripitur] vt in casu nostro [hic ergo] de quo in themate q̄nis [raptus admisit]. i. fecit in vsu rei non in re: id est in corpore.

¶ Questio secunda.

Nunc queritur. Hic intitulat ꝺa pars. ſ. est: an raptor cū rapta posset mrimonio copulari. Et inducit autoritates ꝓ vtraq; parte. Et sic diuiditur in duas partes. In prima ꝓ parte negatiua inducit. In ꝺa pars ꝓ parte affirmatiua ibi his autoritatibus.

Eos qui rapiunt. Inducit in primis hoc. c. qō est ex calcedonēsi cōcilio. breue est. nō est ad ꝓpositū Gratiani qꝛ nō loquit̄ q̄ raptor cū rapta nō possit ℨhere: hoc enim capitulum & sequens loquuntur de illis qui cū tunc nubiles raptoribus nō cōsentiunt: que semper parentibus sunt reddende. Lege. ¶ [Eos puellas] nec sibi nec alij desponsatas. Hu. [simul habitādi] siue animo stupri siue matrimonij cum illa non consentiunt [coniuentes] id est consentientes [decreuit]. i. damnauit sic decernendo [vt si qui. ꝛc.]

Raptores. Ad idē inducit hoc. c. Symmachi pape. Summa est i rubro. Nō vī probare ꝓpositū. qꝛ nulla mentio fit de ℨhendo cū rapta: vel nō. Lege. ¶ [Raptores] volentes: vel inuitas. qꝛ nec volentes possunt contrahere. Hu. [a cōmunione] quousq; satisfaciant: vel ad tempus, ꝙus satisfaciant.

Iquis. C. li. j. tit. de epis & clericis. Breue est nec hoc capitulū est ad ꝓpositum Gratiani: vt patet. Breue. tamen loquitur de pena raptorum ꝑm leges.

Epuellis. Ad idē inducitur hoc. c. ex cō cilio cabilonēsi. ſ. est hoc. c. qō. eos. [nullatenus] hoc est derogatuz. j. ea. tria. & extra de rapto. accedens. glo.

Iquis virginem. Ad idē inducit hoc. c. quod est Gregorij. Summa est in rubro. nec hoc capitulū facit ad ꝓpositū Gratiani. litera ptz. [nisi desponsauit] primo. Hu.

Nullus. Ad idem est hoc. c. ex concilio parisiensi. Summa est in rubro. Similiter nec probat propositum. litera patet.

His autoritatibus. ſ. est: [euidenter] non est verum nisi in illa. ſ. de puellis [noia sunt vitioruz nō personarū]. i. dicta de aliquibus personis [designant vitia non naturam] nomina eorum abolentur: vt iam nō possunt dici: nec predicari de illis personis. vt. xxij. q. j. quod autem.

1 ☞ Rapta añq̄ nubat an debeat ꝓnio reddi ꝓri aut parētib⁹.

Apud oīpotentē. Inducit ad ꝓbādū hoc beati Gregorij in homilia. xxviij. Et diuidit in duas partes. sc̄a ibi: ceterū. Litera. ¶ [Apud oīpotētē dñz vitiū rapine aboleaꝫ vt ad sacramētū mrimonij accedaꝫ reuerēter] si tū mutuo cōsensu ℨhunt verū est matrimoniū, q̄uis non penituerit: sed tamē raptor peccat indigne accedens ad
1 sacramētū [patrie potestati] honestum est: † vt rapta ꝓmo pri aut parentibus restituatur: q̄ nubat [tū primo] vt spolia tus primo restituaꝫ. tū sc̄o vt offensius recōcilietur. Tū tertio: vt cōtētus honoret: si tamē rapta sit nubilis: & ipsa nō restituta velit raptori nubere: potest cum illo nubere.

1 ☞ Dos dari debet ex parte mulieris.
2 Raptor licite copulatur cum rapta, & in. c. si autem. nu. 1.

Tria. Ad idē inducit hoc. c. qō est beati Hieronymi super Deut. Summa est in rubro. pōt diuidi in tres partes: ꝑm tria cōingia q̄ describit. partes patent. Lege. ¶ [Tria legitima]. i. in lege ꝛcessa. [primū legitimū est. ꝛc. & reliqe]. i. alie legitime solēnitates adhibētur que inueniunt. xxx. q. j. aliter. [qualis in predictis capitu

Diuisio.

Exponit literam.

Diuisio.

Exponit literam.

Diuisio.

Exponit literam.

lis mei operis] vbi tractat de talibus. Hu. [scōs] tertia pars [dotabit] ipropria ponit. i. donatione. ꝑpter nupcias et ꝓbit
1 † nā dos ex parte vxoris dz dari vel [dotabit eā]. i. dotabit: vñ pater vel ipse dotē ei ꝛstituat q̄tū pater ei⁹ iudicauerit arbitrio boni iudicis [Et] ꝓ id est [dabit ꝓtiū iudicio eius vio
2 late]. ſ. quātū ꝓ iudicauerit arbitrio boni iudicis. ꝓtece q̄ raptor licite copulatur cū rapta de auctoritate beati Hieronymo veteris testamēti. [tertiū cū filia. ꝛc.] tertia pars [ſ] primū his duobus ꝓferē] hoc merito. qꝛ iudū & absq; coactione: & absq; timore cōtractū est. [his tribus additū quartū]. ſ. cū mulier mortuo viro ℨhit cuz alio: & mortua vxore ſ viro cū alia contrahere. vt patet. j. Cozin. vij. q. ij. additur.

Denique. Ad idē est hoc. c. qō est beati Ambrosij. Summa est in rubro. Lege. ¶ [Denique nulli dispōsata] intelligo de ꝑti. ergo & sensu cō trario si alicui est despōsata: raptor non pōt eā habere. vt. xxvij. q. ij. statutū [quinquaginta dragmas] quia patri fecit iniuriā: & hoc erat ꝓtium pudicitie in comugio raptoris.
2 ☞ Cōstitutione nullus allegat anteq̄ ad ipsum perueniat.

Sautem. Ad idē inducit hoc. c. ex cōcilio meldensi. Summa est in rubro. hoc capm planū & plane sicut lra sonat intelligit † q raptor rapte licite pōt copulari peracta
1 pnia. Et ſ b sic legit lra. [Siledū]. i. nōdū duxerint: qꝛ siaū duxerint nō debēt separari. Hu. [vel dotalitū] idē est: & incōcul
2 catio [qui fuerit] futuri tpis est. Et est ar. † q nullus alligatur cōstitutione anteq̄ ad ipm pueniat si ergo nouiter aliq̄d est cōstitutū a papa: qꝺ nōdū sit ꝓmulgatū: nō cōstituit eū trāsgressoꝛē q ℨ facere vī. vt di. xxxj. añ. & di. lxij. ꝓpositū. Hu. [subiciant] raptores [si etas] iuuenilis & sepe inducit dispōsationē. vt. xxxiij. q. ij. in adolescētia. Hu. [ex vtriusq; parentibus] raptoris: & rapte. [socient] inter se. [nos in his regulā] hoc ideo dicit: qꝛ ꝓpter enormitatē criminis nōdz cū illa nec eū alia ℨhere [tolerabil⁹]. i. melꝰ. qꝛ ꝓ hoc renouet offensa fornicatiōis [ex cōiugatis] quoꝝ vn⁹ est raptor: & altera rapta [publicā pniaz exegerit]. ſ. raptor rapta eñ publicapeni tētia nō agit: nisi rapta q̄ cōsensit raptori ad stuprū. Hu. [tite rare cōiugiū] quasi primū mrimoniū pmittit: & nō ꝑm q̄ iaz est puecte etatis: & facilius cōtinebit. Sō si non est adhuc puecte etatis: vel timet de incōtinētia: similr̄ pmittet. sc̄z & tertiū. & cetera. vñ sequit [nisi eps. vt grauiorē]. i. grauē cōparatiuū ꝓ positiuo offensam adulterij vel fornicatiōis. Hu.

Hac autoritate. cedit ꝑm intellectum quez habuit in ꝓmisso capīo. ſ. q̄ raptor & rapta nō pōt ℨhere & interpretaē illud capm: & male. Et redarguit verū intellectū capīi: & male [precipiantur] nō tamē semper. ſ. cū rapta nō consensit rapine. [frustra.] imo non frustra qꝛ potest elle vt vnus eoꝝ. ſ. raptor publice debeat subiici pnie. ſ. cum rapta non cōsensit raptori ad stuprū [superstes remanebat] hoc est falsuz: qꝛ nō semp talis remanet ꝑm q̄ hic dr. qñ accipiat. Hu.

Placuit. Ad idē inducit hoc. c. ex eode cōcilio. Summa est in rubro loquit de despōsatis aliis ꝓ verba de ꝓsenti, vel est ei derogatū ꝓ autoritatem Hieronymi & Ambrosij & veteris testamenti,

Hec autoritas. ꝛime]. i. tiū [optima est] nā predicta autoritas ꝓiudicaret autoritati Hieronȝ. si ei alia non suffragarentur. qꝛ in causis & negotijs decidendis canones concilioꝝ ꝓponuntur expositoribus sacre scripture, vt di. xx. ſ. j. de libellis. Sed nunc autoritas ista Hieronymi ꝓiudicat cōcilio non ex se, sed qꝛ innititur autoritati meldē sis concilij, & fundatur & roborat̄ veritate veteris testamenti, vt hic dicitur. & ℨ. c. tria. Hug.

¶ Explicit deo gratie vltimum volumen causarum,

Deo sempiterna gloria, & gratiarū actio sit sum me trinitati, patri, & filio, & spiritui sancto, que tam vberem nobis gratiam conferre dignata est, vt ad portum desyderij nostri vt cunq; cōtingere mus, optaueramus siquidem cardinalis nouus fact⁹: ne tota liter a studio diuine sapiētie distracti, animis vagaremur, au reū decretorum volumen tam proficiendi gratia, quā vt alijs ꝑdesse possemus, studiosa meditatiōe trāscurrere, & imagine iuxta clarissimoꝝ doctoꝝ theologie facultatis sententias, in qua ſz immerit⁹ insignia magistralia parisius matre studioꝝ susceꝑimus, fauēte tandem desyderio nostro beatissime trinitatis clementia ad metam ipsius desyderati operis ꝓ qualitate ingenij nostri, licet multis laboribus fatigati accingi-

Ōtra Gratianum.

Peroratio.

mus lecturam z expositionem ipsius decreti quinq; volumi nibus comprehendentes. Tractatum distinctionem vno. Tractatum de causis duobus. De penitentia vno. Et de cõsecratione altero. verum quia timemus pro imbecilitate ingenij nostri: ne in tam longo opere aliquid minus perite minusq; docte prolatum fuerit. rogamus lectores: vt patienter ferant defectus nostros: ex charitate corrigant: z emendent: si quid inemendatum occurrerit. Nam quicquid a nobis ibi scriptum est saluo semper maiorum iudicio dictum esse volumus: patienter dicimus ferat defectus nostros. Tum quia in huius studij nostri exercitatione plures corporis egritudines nos circundederunt: que grauitate sua vt experimento dignoscitur: intellectum ad alta se tollere non sinunt. Tum quia negotia varia z ardua z labores plurimi: que ipsi digni tati cardinalatus annexa sunt plurimum huic studio nostro prebuerunt impedimenti. Senium etiã quo confecti sumus: in quo memoria languescit, merito indulgentiam nobis promeretur: non autem miretur quis, q̃ in materia pure canonica z ciuili: ita tenuiter scripserimus. quia in illis cum facultatis nostre non essent: non nisi superficialiter transire curauimus altiora maioribus qui in illorum studio versati sunt tractanda relinquẽtes, singulos ergo deprecamur orare pro nobis: qui hoc multis laboribus z vigilijs pro vtilitate publica desudauimus.

Deo gratias. Amen.

¶ Explicit opus domini Joannis de turre cremata presbyteri Cardinalis tituli sancte Marie trans Tyberim sancti Sixti vulgariter nuncupati ordinis predicatorum: super secundo volumine causarum.

¶ Regestum.

A A B B C C D D E E F F G G H H I J K K L L M M N N O O P P Q Q R R S S T T V V X X Y Y Z Z A2 B B2 C C2 D D2 E E2. Omnes sunt quaterniones: exceptis. D D2 E E2 ternionibus.

Lugduni,

Excudebat Blasius Guido.